IACOBI BVRCKHARD

ILL. GYMN. HILDBVRGH. P. P.

DE

VLRICHI DE HVTTE

ET ANIMI ET INGENII VIRIBVS
ILLVSTRIS MAXIME

E Q V I T I S

FATIS AC MERITI

QVORVM HAEC
IN ECCLESIAM ATQVE REMPVBLICAM
PRAECLARA EXSTITERVNT

COMMENTARII

PARS III EAQVE POSTREMA
CVI
AVGVST. IMPERAT. MAXIMILIANI

DIPLOMA

QVO FORTISSIMVS HIC EQVES
POETAE ATQVE ORATORIS INSIGNIBVS
ALIISQVE IMMVNITATIBVS AC PRAEROGATIVIS
EST DECORATVS, EX AVTOGRAPHO
ET COMPLVRES HVIVS

EPISTOLAE

ITEMQVE ALIA INGENII EIVS MONIMENT
INTEGRA DENVO SVNT INSERTA.

PROSTAT WOLFENBVTTELI
APVD IO. CHRIST. MEISNER.
EXSCR. HILDBVRGH. TYPIS PENZOLDI
CIƆ IƆ CC XXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD

BENEVOLVM LECTOREM

PRAEFATIO.

SEptem anni ſunt, quum animum ad *fortiſſimi Vlr. de Hutten Fata, & præclara in Eccleſiam atque Rempublicam Merita* commentanda cœpi adpellere. Quid occaſionem mihi dederit, denuo hic repetere nihil attinet; quum pluribus verbis in præfationibus, quas prioribus Commentarii huius Partibus præfixi, id a me ſit expoſitum. Multa, quæ ad *tam præclare de omni poſteritate promeriti Equitis laudes, atque memoriam, poſt ducentos annos renovandam*, omnino pertinerent, ſcientiam meam tum fugiſſe, per me facile præuidi. eruditorum idcirco opem publice, & in poſterioris Par-

 tis

tis præfatione, porro imploraui: nec fruſtra. nam non *laudati* modo in hac *Viri*, *illuſtris atque generoſiſſimus* CHRISTOPH. IACOBVS IM HOF, & *celeberrimus* CHRISTIANVS SCHLEGEL, *in cuius morte eruditus Orbis magnam ſuperiori anno fecit iacturam*, *optimique* FRATRES *mei* opem mihi ferre perſeverarunt; ſed & alii *beneuoli* acceſſerunt poſthac *Viri*, quorum honorifica in loco a me fit mentio. in primis *maxime reuerendi* IO. CHRISTOPHORI OLEARII, *& clariſſimi* M. SAMVELIS CNAVTHII, prolixam admodum in adiuuando me ſenſi expertusque ſum voluntatem. Niſi aperte atque ingenue talia confiterer, verendum ſane mihi eſſet, ne iure ingrati coargui poſſem animi. Horum igitur ad demerendos alios natorum Virorum ope haud deſtitutus, plura, quæ ad *eruditiſſimi iuxta atque ſtrenuiſſimi Hutteni Merita celebranda amplius* ſpectare videbantur, congeſſi. quæ hoc potiſſi-

potiſſimum anno foras edenda decrevi, quum *a fortiſſimi Equitis huius morte ducenteſimus annus* ſit. Qua in re *celeberrimum* HERMANNVM VON DER HARDT, qui in eodem hoc *Equite memoria celebrando* ſuppetias ire mihi non dubitauit, imitari quodammodo ſtudeo: vtpote qui *Ioannis Reuchlini, optime* itidem *de poſteris meriti Viri*, cuius cauſſa *Huttenus* magnopere omnia voluit, *anno* CIↃ IↃ XXII *die* XXX *Iunii Stutgardiæ defuncti*, *Exſequias* proximo anno, poſt duo ſæcula, publice in *Academia Iulia* fecit: cuius *memoriam* per ſeptem circiter annos ſingulari prorſus ac prædicando maxime ſtudio antea redintegrauerat. Equidem non ignoro, quid ſit, cur & puriori religioni addicti homines *Hutteni memoriam* non tam diligenter ætate noſtra colendam cenſeant. quibus forſitan qualicunque labore, quem in Equitis huius memoria renouanda adhuc impen-

di, ſuperſedere facile potuiſſe ego videbor. ſed tamen, per ducentos amplius annos, numquam, & inter purioris adeo Religionis aduerſarios, defuiſſe, qui *Hutteni linguam atque ingenium amarint*, vel ſingulis Commentarii huius Partibus præmiſſa *de virtute, eruditione & meritis eius iudicia atque teſtimonia*, declarabunt. Et *exteros Hutteni linguam & ingenium hodieque amare*, ſuperiore anno vel eo commonſtratum eſt, quod huius monimenta in *publica longe exquiſitiſſimarum Bibliothecarum* (a) *auctione* quam plurimo, vt exploratum habeo, venierint. Quomodocunque res ſeſe habeat, *Pauli Meliſſi Schedii, egregii Poetæ*, luculentos verſus, quibus centum, & quod excurrit, abhinc annis *inuictæ Vlrici Hutteni, Equitis aurati, Fortitudini* publice parenta-

(a) *Petauianæ* & *Manſartianæ*, anno 1722 *Hagæ Comitum* diuenditarum.

rentauit (b), quamuis non *Francus* ego ſim natione, vt *Meliſſus* fuit, in *Franconia* tamen vitam degens, mihi adcommodabo.

Iraſcantur amici,
Indignentur & hoſtes;
Succenſeant patroni,
Aegre ferant clientes:
Mali frendeant,
Et boni fremant:
Et Codro quamuis ilia rupta crepent:
inuitis tamen omnibus,
reclamantibus vniuerſis,
ruptis inuidia denique ſingulis,
cum bonis tam malis;
tam clientibus
quam patronis,
pariter & hoſtibus,
præcipue Codro:
hoc, Huttene, *tibi,*
Francus Francigenæ,
Poeta poetæ,

):(4 *Iuuenis*

(b) *Schediaſmatum*, coniunctim denuo *Lipſiæ an.* *1615, 8, edit.* p. 49, ſequ. conf. Partem hanc III p. 46, 47.

Iuuenis tiro
Seni veterano,
(velis, nolis)
Ad amœni patria Mæni
Flumina, qua viridis pyrgi ſtant mænia
cippo
Erecto propter vineta ſub ilice,
Marmoreis ſaxis ſtatuens ſublime tro-
pæum,
Monimenta perennia pono.

M.

Quod *præcipuum tertiæ* huius *Partis ornamentum* ſit, in ipſo indicaui titulo: *grauisſimum* DIPLOMA puto, quo *auguſtisſimus Imperator* MAXIMILIANVS I *fortisſimo Equiti* noſtro *anno* CIƆ IƆ XVII *Poetæ atque Oratoris inſignia & alias immunitates ac prærogatiuas* vltro largitus eſt. quod ex *autographo* tecum communico, beneuole Lector. Supereſſe hoc, & in *illuſtrisſimæ Huttenicæ Gentis tabulario*, quod *Birckenfeldæ* prope *Kœnigsbergam* ſit, cuſtodiri, primum mihi biennio ab-

hinc

hinc prodidit *Vir admodum reuerendus, Ioannes Englertus, Suinfurtenſis Eccleſiæ Diaconus vigilantisſimus.* Id quum ad *plur. reuerendum Io. Wernerum Krauſium, Iuniorem, fidelisſimum Kœnigsbergenſis Eccleſiæ Diaconum,* detuliſſem: nulli prorſus hic, pro ſingulari ſuo in me amore, ac propenſa maxime commodandi aliis voluntate, pepercit prius operæ, quam ipſum *Diploma* per *nobilisſimum Io. Gottlieb Kornium, qui Io. Philippi Friderici de Hutten, generoſisſimæ indolis Adoleſcentis, mores atque ſtudia moderatur,* mihi impetrauit. Quibus ſingulis publice gratias hic agere meum eſſe, cenſui: nec vero facere queo, quin & pro *generoſisſimi Adoleſcentis* huius *incolumitate* pia ſimul publice nuncupem vota: quandoquidem illa antiquiſſimæ pariter ac illuſtriſſimæ Huttenicæ Stirpis Familia, quæ Religioni, pro qua *fortisſimus Vlrichus* tam acriter, tam conſtanter propu-

gnauit, addicta eſt, ad tam paucos eſt redacta, vt omnis ſpes in illius vita reſideat.

Quum duabus prioribus Commentarii huius Partibus tales *Vlr. Hutteni Effigies*, quales ipſe diuini ingenii ſui monimentis adiicere conſueuit, præfigendas curauerim: faciendum putaui, vt & huic Parti talis (c) denuo præfigeretur. *Effigiem* etiam exſtare, qua *Huttenus loricatus*, [illegible] *coronatus*, *ac librum* [illegible], repræſentetur, adiectis verbis, *Dirumpamus vincula eorum*,

(c) [illegible] & eandem [illegible] [illegible] Dialogis [illegible], [illegible] eſt, [illegible] [illegible] SERM. LIBERT. [illegible] [illegible] P. II p. [illegible] [illegible] ſunt [illegible]

rum, & proiiciamus a nobis iugum ipſorum (d), P. II iam notaui (e). *Serto*, cui *III*, *præter Huttenica, inſignia* inſerta ſunt, circumdata eſt iſta Effigies. Hanc reliquis, quæ, viuo Hutteno, ſculptæ lignove inciſæ ſunt, ſimilem non eſſe, dudum antea obſeruaui, quam *laudatus ſupra clarisſimusque M. Cnauthius* Libelli, cui præfixa ea eſt, exemplo me nuper, quæ inſignis ipſius facilitas, & ſumma in me beneuolentia eſt, donauit. In hoc nempe *Libelli exemplo*, quod *Huttenus b. Luthero* dono miſit, id quod *ipſius* teſtatur *manus*, hæc Imagini adſcripſit: *Non eſt Vlrichus, ſed illius tritauus; tantum aberrauit pictor.* Ad *quatuor* iſta *gentilitia* quod attinet *inſignia*, quæ *Serto* iſti innexa ſunt, & quæ aliis quoque Hutteni Simulacris, quæ ipſe ſculpi curauit, acceſſerunt: tria priora *Huttenica*, *Eberſteinia*,

(d) conf. Partis huius III p. 234 (r).
(e) p. 147 (ff).

AD
BENEVOLVM LECTOREM
PRAEFATIO.

SEptem anni ſunt, quum animum ad *fortiſſimi Vlr. de Hutten Fata, & præclara in Eccleſiam atque Rempublicam Merita* commentanda cœpi adpellere. Quid occaſionem mihi dederit, denuo hic repetere nihil attinet; quum pluribus verbis in præfationibus, quas prioribus Commentarii huius Partibus præfixi, id a me ſit expoſitum. Multa, quæ ad *tam præclare de omni poſteritate promeriti Equitis laudes, atque memoriam, poſt ducentos annos renouandam*, omnino pertinerent, ſcientiam meam tum fugiſſe, per me facile præuidi. eruditorum idcirco opem publice, & in poſterioris Par-

tis præfatione, porro imploraui: nec fruſtra. nam non *laudati* modo in hac *Viri*, *illuſtris atque generoſiſſimus* CHRISTOPH. IACOBVS IM HOF, & *celeberrimus* CHRISTIANVS SCHLEGEL, *in cuius morte eruditus Orbis magnam ſuperiori anno fecit iacturam*, *optimique* FRATRES *mei* opem mihi ferre perſeverarunt; ſed & alii *beneuoli* acceſſerunt poſthac *Viri*, quorum honorifica in loco a me fit mentio. in primis *maxime reuerendi* IO. CHRISTOPHORI OLEARII, *&* *clariſſimi* M. SAMVELIS CNAVTHII, prolixam admodum in adiuuando me ſenſi expertusque ſum voluntatem. Niſi aperte atque ingenue talia confiterer, verendum ſane mihi eſſet, ne iure ingrati coargui poſſem animi. Horum igitur ad demerendos alios natorum Virorum ope haud deſtitutus, plura, quæ ad *eruditiſſimi iuxta atque ſtrenuiſſimi Hutteni Merita celebranda amplius* ſpectare videbantur, congeſſi. quæ hoc potiſſi-

potiſſimum anno foras edenda decrevi, quum *a fortiſſimi Equitis huius morte ducenteſimus annus* ſit. Qua in re *celeberrimum* HERMANNVM VON DER HARDT, qui in eodem hoc *Equite memoria celebrando* ſuppetias ire mihi non dubitauit, imitari quodammodo ſtudeo: vtpote qui *Ioannis Reuchlini, optime* itidem *de poſteris meriti Viri*, cuius cauſſa *Huttenus* magnopere omnia voluit, *anno* CIↃ IↃ XXII *die* XXX *Iunii Stutgardiæ defuncti*, *Exſequias* proximo anno, poſt duo ſæcula, publice in *Academia Iulia* fecit: cuius *memoriam* per ſeptem circiter annos ſingulari prorſus ac prædicando maxime ſtudio antea redintegraverat. Equidem non ignoro, quid ſit, cur & puriori religioni addicti homines *Hutteni memoriam* non tam diligenter ætate noſtra colendam cenſeant. quibus forſitan qualicunque labore, quem in Equitis huius memoria renouanda adhuc impen-

 di,

di, ſuperſedere facile potuiſſe ego videbor. ſed tamen, per ducentos amplius annos, numquam, & inter purioris adeo Religionis aduerſarios, defuiſſe, qui *Hutteni linguam atque ingenium amarint*, vel ſingulis Commentarii huius Partibus præmiſſa *de virtute, eruditione & meritis eius iudicia atque teſtimonia*, declarabunt. Et *exteros Hutteni linguam & ingenium hodieque amare*, ſuperiore anno vel eo commonſtratum eſt, quod huius monimenta in *publica longe exquiſitiſſimarum Bibliothecarum* (a) *auctione* quam plurimo, vt exploratum habeo, venierint. Quomodocunque res ſeſe habeat, *Pauli Meliſſi Schedii, egregii Poetæ*, luculentos verſus, quibus centum, & quod excurrit, abhinc annis *inuictæ Vlrici Hutteni, Equitis aurati, Fortitudini* publice parenta-

(a) *Petauianæ* & *Manſartianæ*, anno 1722 *Hagæ Comitum* diuenditarum.

rentauit (b), quamuis non *Francus* ego ſim natione, vt *Meliſſus* fuit, in *Franconia* tamen vitam degens, mihi adcommodabo.

Iraſcantur amici,
Indignentur & hoſtes;
Succenſeant patroni,
Aegre ferant clientes:
Mali frendeant,
Et boni fremant:
Et Codro quamuis ilia rupta crepent:
inuitis tamen omnibus,
reclamantibus vniuerſis,
ruptis inuidia denique ſingulis,
cum bonis tam malis;
tam clientibus
quam patronis,
pariter & hoſtibus,
præcipue Codro:
hoc, Huttene, *tibi,*
Francus Francigenæ,
Poeta poetæ,

 Iuuenis

(b) *Schediaſmatum*, coniunctim denuo *Lipſiæ an.* *1625, 8, edit.* p. 49, ſequ. conf. Partem hanc III p. 46, 47.

Iuuenis tiro
Seni veterano,
(velis, nolis)
Ad amœni patria Mæni
Flumina, qua viridis pyrgi ſtant mænia cippo
Erecto propter vineta ſub ilice,
Marmoreis ſaxis ſtatuens ſublime tropæum,
Monimenta perennia pono.

M.

Quod *præcipuum tertiæ* huius *Partis ornamentum* ſit, in ipſo indicaui titulo: *grauisſimum* DIPLOMA puto, quo *auguſtisſimus Imperator* MAXIMILIANVS I *fortisſimo Equiti* noſtro *anno* CIↃ IↃ XVII *Poetæ atque Oratoris inſignia & alias immunitates ac prærogatiuas* vltro largitus eſt. quod ex *autographo* tecum communico, beneuole Lector. Supereſſe hoc, & in *illuſtrisſimæ Huttenicæ Gentis tabulario*, quod *Birckenfeldæ* prope *Kœnigsbergam* ſit, cuſtodiri, primum mihi biennio ab-

hinc

hinc prodidit *Vir admodum reuerendus*, *Ioannes Englertus*, *Suinfurtenſis Eccleſiæ Diaconus vigilantisſimus.* Id quum ad *plur. reuerendum Io. Wernerum Krauſium*, *Iuniorem*, *fidelisſimum Kœnigsbergenſis Eccleſiæ Diaconum*, detuliſſem: nulli prorſus hic, pro ſingulari ſuo in me amore, ac propenſa maxime commodandi aliis voluntate, pepercit prius operæ, quam ipſum *Diploma* per *nobilisſimum Io. Gottlieb Kornium*, *qui Io. Philippi Friderici de Hutten*, *generoſisſimæ indolis Adoleſcentis*, *mores atque ſtudia moderatur*, mihi impetrauit. Quibus ſingulis publice gratias hic agere meum eſſe, cenſui: nec vero facere queo, quin & pro *generoſisſimi Adoleſcentis* huius *incolumitate* pia ſimul publice nuncupem vota: quandoquidem illa antiquiſſimæ pariter ac illuſtriſſimæ Huttenicæ Stirpis Familia, quæ Religioni, pro qua *fortisſimus Vlrichus* tam acriter, tam conſtanter propu-

gnauit, addicta eſt, ad tam paucos eſt redacta, vt omnis ſpes in illius vita reſideat.

Quum duabus prioribus Commentarii huius Partibus tales *Vlr. Hutteni Effigies*, quales ipſe diuini ingenii ſui monimentis adiicere conſueuit, præfigendas curauerim: faciendum putaui, vt & huic Parti talis (c) denuo præfigeretur. *Effigiem* etiam exſtare, qua *Huttenus loricatus, laureaque coronatus, ac librum ſimul euoluens*, repræſentetur, adiectis verbis, *Dirumpamus vincula eorum*,

(c) *qualis*, & quidem *minuta*, *IV iſtis Dialogis nouis*, quos P. II p. 159 (t), memoraui, præfixa eſt, inſignita itidem, *VLR. AB HVTT. GERM. LIBERT. PROPVGNAT.* Tale *minuſculum*, idque *duplex*, *Hutteni Simulacrum* aliis *IV Dialogis*, *in patrium ſermonem conuerſis*, additum eſſe, eadem P. II p. 151 (ſt) notaui: illi, quod in calce Libri conſpicitur, vt p. 157 not. indicaui, hi ſubſcripti ſunt verſus:

Vmb warheit ich ſicht.
niemand mich abricht:
es brech oder gang,
Gots Geiſt mich bezwang.

conf. P. II p. 187.

rum, & proiiciamus a nobis iugum ipſorum (d), P. II iam notaui (e). *Serto*, cui *III*, *præter Huttenica, inſignia* inſerta ſunt, circumdata eſt iſta Effigies. Hanc reliquis, quæ, viuo Hutteno, ſculptæ lignove inciſæ ſunt, ſimilem non eſſe, dudum antea obſeruaui, quam *laudatus ſupra clarisſimusque M. Cnauthius* Libelli, cui præfixa ea eſt, exemplo me nuper, quæ inſignis ipſius facilitas, & ſumma in me beneuolentia eſt, donauit. In hoc nempe *Libelli exemplo*, quod *Huttenius b. Luthero* dono miſit, id quod *ipſius* teſtatur *manus*, hæc Imagini adſcripſit: *Non eſt Vlrichus, ſed illius tritauus; tantum aberrauit pictor.* Ad *quatuor* iſta *gentilitia* quod attinet *inſignia*, quæ *Serto* iſti innexa ſunt, & quæ aliis quoque Hutteni Simulacris, quæ ipſe ſculpi curauit, acceſſerunt: tria priora *Huttenica*, *Eberſteinis*,

(d) conf. Partis huius III p. 234 (r).
(e) p. 147 (ſſ).

ſteiniæ, *&* *Thüngenſis Gentis* ſunt *inſignia:* & hæc ipſa ſunt, quæ Parti huic tertiæ præfixo Simulacro adiecta vides, amice Lector: quorum prima P. I præfixæ Imagini (f), prima & altera P. II Imagini addita ſunt. Enimuero *Hutteni* noſtri *Mater* ex *Eberſteinia*, *Auia* ex *Thüngenſi* orta fuit *Gente* (ff): *Proauia* ex *Buchenauenſi Gente* oriunda traditur (g). At inſignia, quibus Gens hæc vtitur, & quæ *viridem Pſittacum* præ ſe ferunt (h), cum illis inſignibus, quæ Huttenus tribus iſtis addidit, haud conueniunt; dum *duobus* conſiſtere ea videntur *balteis*. GERMANICAE LIBERTATIS PROPVGNATORIS titulum, quo præfixa Parti huic *Effigies* inſignita eſt, *Hutteno* omnino deberi, nemi-

(f) quam vnde deſumpſerim, oſtendi P. I p. 240, (k).

(ff) vid. ipſa hæc III Pars p. 11.

(g) in Tab. CLXVII *Operis Geneal.* ab *illuſtri Humbrachto* ed. inſigniti: *Die Hœchſte Zierde Teutſchlandes* &c. vid. p. 8. huius Partis.

(h) vt *Ioannes Sibmacher* im *VVapen-Buch*, & *Cyr. Spangenberg* im *Adels-Spiegel*, P. II p. 318 teſtantur.

neminem, qui ſingularem ac mirabilem prorſus animi eius magnitudinem reputauerit, infitiaturum, ſpero. Quanta hæc magnitudo fuerit, vel ſolum eius *ad Eob. Heſſi, vt Chriſtianæ Veritatis cauſſam & Lutheri iniuriam, armis contra Romaniſtas proſequeretur, Exhortatorium, Reſponſorium Carmen*, & *Apologia*, ſ. *Enndtſchüldigung wyder etlicher vnwarhafftiger auſsgeben von ym, als ſolt er wider alle Geyſtlichkeit vnd Prieſterſchafft ſein*, aperte declarant. Quæ *duo ſcripta* quum *inter* tot *Huitteniani ingenii monimenta omnium rariſſima* mihi viſa ſint, integra ea Parti huic inſerenda cenſui (i). quum ingenii huius indoles planiſſime exprimi iis videatur.

Ad *corporis* eius *Simulacrum*, vnde diuerti, vt redeam: nullius prorſus clari ac præclare promeriti Viri Effigiem

(i) prius inſertum pag. 191, ſeqq. poſterius pag. 206 ſeqq.

giem toties ligno atque æri inſculptam, arbitror, quoties *Vlr. Hutteni*, & *viui* & *mortui*, inſculpta ſit *Effigies*. Illuſtriſſimam Huttenicam Gentem Gentilis huius ſui Effigiem habere, Amicus me nuperrime docuit, cui hi ſubſcripti ſint verſus:

Mich nennt den Hutten *yedermann,*
zu ſchimpf, zu ernſt ich fechten kan,
Schwert, Feder *halt in gleicher Macht,*
mein Gmüt Gots Huld halt hoher acht.
On einig anſehen ſchreib ich frey
der Curtiſanen Büberey,
Wie ſie Teütſchland berauben gantz,
durch ir Pfründ, tüſchen vnd finantz.
Des mich verfolgt der Bapſt on recht,
vnd thut gwalt mir Edelknecht.
Das klag ich Gott, vnd Carle glich,
Jch habs gwogt, Rom ſich für dich.

Anno CIↃ IↃCXXXII *Huttenum armatum laureatumque, & in equo ſedentem* Libro cuidam præfixum eſſe, cui hi verſus ſint ſuppoſiti;

Hul-

Huldericus ab Hutten, Eques & Poeta nobiliſſimus:

Qui res Marte gerit dignas, & qui bene geſtas
Arte canit, Lauri munera vterque capit.
Hutteni *vtrumque meres*, Equitum lux, gloria Vatum:
Nam duplicas genii nobilitate genus.

P. II iam monui (k). Longum nimis foret, ſingulos ex Partis I præfatione hic repetere, qui *Vlr. Hutteni Vitæ Effigiem ipſius addiderint.* Iis additas in præſenti volo *Icones Virorum illuſtrium, quorum opera quum litterarum ſtudia, tum vera religio fuit reſtaurata, ab* Henrico Hondio *ſculptas æneisque typis excuſas* (l), in quarum P. II (ll) *Hutteni armati* itidem *laureati,*

(k) p. 218. conf. Partis huius p. 204. Verſuum auctor eſt *Dan. Meiſnerus, C. B. Poeta Cæſ. Laur.*

(l) *Hagæ Comitum* an. 1599, fol.

(ll) quæ ſic inſcribitur: *Effigies præſtant. aliquot Virorum, qui veram in primis religion. noſtro ſæculo propagarunt:* in qua P. II *Hutteni Effigies* primum obtinet locum.

reatique Iconi ſubſcriptum eſt: *Huldrichus Huttenus:*

Hic Eques auratus, Dialecticus atque Poeta,
Hoſtis & Huttenus *Papæ animoſus erat.*
Inuehitur dictis, ſcriptis: contenta quiete Mens numquam, Papæ turpia facta crepans.

Additum inſuper volo *Io. Gotofredi Zeidleri Theatri Eruditorum, pictura, carmine, hiſtoria, elaborandi Compendium, centum Imagunculas doctisſimorum Virorum, quorum opera vera religio, atque erudita doctrina artium & linguarum olim renata & propagata eſt, additis Inſcriptionibus & Epigrammatibus breuisſimis, exhibens* (m). in quo *Huttenus* laudatur *Eques auratus, Poeta laureatus & Orator, Libertatis patriæ acerrimus Propugnator* (n). Et in *Nicol.*

(m) *VVitteberga* an. 1690, 8.
(n) p. 47. ſubiectum *Imagini Epigramma* retuli inter *Epitaphia, Hutteno conſcripta,* Parte hac III p. 291.

Nicol. Reuſneri, & *Iani Iacobi Boiſſardi illuſtrium Virorum Iconibus*, *Hutteni Iconem inueniri*, in citata modo Partis I præfatione iam notaui. Quæ in *Reuſneri Iconibus* conſpicitur (o), hoc inſignita eſt Epigrammate:

Martis eram ſimul & Muſarum fortis alumnus:
Laureolæ decus hinc nunc vtriusque fero.

Illi autem, quæ *Boiſſardi Iconibus* inſerta eſt (p), hoc ſuppoſitum eſt encomium:

Palladis inuictus pariter Mauortis alumnus,
Inclitus ingenio militiaque fui.

Licet igitur *Huttenus* ducentis abhinc annis de vita migrauerit: eius tamen virtûs, tot ingenioſiſſimorum hominum laudibus decorata, expers eſt ſepulcri. quæ & poſtero tempore,

(o) B, 6.
(p) P. II p. 33.

quoad litteris, ipſique virtuti, vllum inter mortales ſtatuetur pretium, numquam exſtinguetur, ſed perpetuo viuet ac vigebit. Pro ſingulari iſta virtute ſua, ſimpliciter omnia, ac optima fide & loqui & facere conſtituerat *Huttenus*, *perpetuus ſinceritatis amicus*, *fucum ſummo ſemper proſecutus odio*. Hoc *Symbolis* illis, quibus vſus prius ſit, quam Lucubrationibus ſuis adſcribere cœperit, *Iacta eſt alea*, *Ich habs gewagt*, aperte eum declaraſſe, Partis II præfatione probaui; oſtendens, *Symbola* iſta fuiſſe: *Sinceriter*, *citra inuidiam: Sinceriter*, *citra pompam* (q). Quo clarior vero ac inſignior ſuperiori tempore *Hutteni virtus* fuit: eo diligentius

(q) ad ipſam iſtam præfationem meam Lectores ſuos ablegauit *cl. Theodorus Cruſius* in *Symbolotheca docta*, *Lipſ. an.* 1721, 4. *ed.* p. 94. In *Hutteni Epigrammatum editione Auguſtana*, *in tempora Iulii P. R. Satyra*, eiusdemque *Pontificis Epitaphio*, quod Partis huius p. 45 protuli, ſubiiciuntur verba hæc: ***Sinceriter, citra pompam, zelo patriæ.*** alibi: ***Sinceriter, citra pompam, zelo virtutis.***

gentius hodieque a gratis poſteris colenda hæc eſt: nec mors, quam ducentis abhinc annis obiit, ingrata proſequenda videtur memoria. Quod ſi enim, vt *Conr. Celtes* eleganter ſcripſit (r):

Per multa nemo ſæcula noſcitur,
Ni multa tentet ferre pericula,
Et caſibus duris volutus:

Huttenus ſane *per plurima noſcetur porro ſæcula*, quum *plurima tentauerit pericula*, & *durisſimis volutus ſit caſibus.*

Per multa itaque etiam *noſcetur ſæcula*, quum *permulta* itidem *ferre tentauerit pericula*, & *caſibus iactatus ſit durisſimis*, *Heros fortisſimus* FRANCISCVS DE SICKINGEN: qui quum *Hutteni ſalutis fidelem ac conſtantisſimum* præſtiterit ſe *defenſorem*; honorificam eius in ſingulis Commentarii huius Partibus feci mentionem; *diuina & immortalia* eius *merita* breuiter ſtrictimque ſimul perſecutus.

):():(3 Magni

(r) *Odar* Lib. IV, *Od.* II *ad Matthæum Langum, Sacræ Imperialis Cameræ Secretarium, & Collegii Poetarum Patronum.*

Magni huius *& toga & militiæ artibus excellentis Viri, in quo nihil Heroicarum deſiderabatur virtutum* (s), & quem multi ciues *Brutum* quemdam *in Germania* exortum crediderant, *qui a Principum & Epiſcoporum tyrannide diu iam oppreſſos eſſet vindicaturus* (ſ): huius, inquam, *Herois*, & ipſius *Hutteni* noſtri, grauiſſimas in vera Religione adſerenda quum cogitarem nuper contentiones, & vias ſimul reputarem, quibus diuina prouidentia puriorem Religionem reſtituerit; incidebam in *b. Lutheri Epiſtolam*, qua *Omnium Articulorum, per Leonis X Bullam damnatorum, Adſertionem, Viro imaginibus & pietati inſigni, Fabiano Fœlici* (sſ), *Equiti Germano*, dedi-

(s) laudatus ſic eſt a *Dau. Chytræo* in *Saxonia* pag. 259, 260, ad *an.* cIↄ Iↄ xxiii.

(ſ) vt idem *Chytræus* adfirmat. conf. *Abrah. Sculteti Annalium Euangelii renouati annus* cIↄ Iↄ xxiii, extremus. in primis vero *ill. Seckendorſii Lutheraniſmus*, I, CL.

(sſ) verum nomen fuit *Fabianus a Feilitſch, Saxoniæ Electo-*

dedicauit. In ea grauiſſima hæc leguntur verba: --- *gaudeam plane, videns admirabile Dei conſilium & iudicium, quo cum peruerſis peruertatur & cum electis electus ſit. Nos enim, qui de clero Domini ſumus, & quos laicorum oportuit eſſe magiſtros, dum auerſi, dorſum dedimus Chriſto & Euangelio eius: eadem menſura & ipſe nobis dorſum vertit, vt, ſicut eum nos prouocamus in eo, quod non eſt Deus, & in verbo, quod non eſt Euangelium: ita rurſus ipſe nos prouocat in iis, qui non ſunt clerici, & in iis, qui non ſunt magiſtri, laicis videlicet puram tribuens ſui notitiam; nobis relinquens ſtultas noſtras & impias opiniones:* Iuſtus es, Domine, & rectum iudicium tuum! *Quum ergo hactenus multa & ſcripſe-*

 rim

Electoris, Friderici Sapientis, Conſiliarius grauiſſimus. vid. *celeberr. Rechenbergii Schediaſma Hiſtor. de Nobilitate Miſniæ litterata,* § 19. vbi l·ca, quibus in citato modo *illuſtris Seckendorfii Lutheraniſmo* mentio eius fit, indicantur. verum nusquam *grauiſſima* hæc, *a b. Luthero* ad eum ſcripta, *Epiſtola*, quantum memini, commemoratur.

rim & dixerim, neſcius, tantam eſſe in paſtoribus Iſrael cæcitatem: nihil merui tamen, niſi vt detraherent mihi, pro eo, vt me diligerent, & pro bono redderent malum: donec eo vſque in ſuam ipſorum ſalutem inſanirent, vt Libellos meos publice damnarent & exurerent Coloniæ *&* Louanii. *Nam ii præ ceteris habent zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam. in qua re tantum abeſt, vt vt mouear, vt me vehementer miſereat cæcitatis & perditionis illorum, immo & puerilis ſtultitiæ. Quid enim facilius eſt, quam libros, quos redarguere non posſis, exurere? Exusſit* impius Rex Ioakim *libros* Hieremiæ Prophetæ, *ſed non in hoc iuſtificabatur. Verum, vt dixi, pertinet & hoc ad peruerſitatem noſtram & ſenſum reprobum; in quem nos tradit Deus*, vt clerici veritatem damnemus, quam laici amplectuntur; & fiant Sacerdotes, qui Sacerdotes non ſint, laici, qui non ſunt laici. *Quare viſum eſt, deinceps*

ad

ad vos laicos; nouum genus clericorum, *ſcribere, & ſub nominis tui fœlicitate, quod Deus faxit, fœliciter ordiri, adſerturus & muniturus omnia illa, quæ incendiarii illi per Bullam ſibi ſimillimam damnauerunt. Tu itaque hoc monimento me, immo Chriſtianam doctrinam, tibi &* vniuerſæ Nobilitati *veſtræ commendatam facito ac vale.* Scripta *grauiſſima* hæc eſt *Epiſtola Witteberga anno* cIↄ Iↄ *xx, Kal. Decembris.*

Quin *b. Lutherus* & *Huttenum* & *Sickingium* eodem tempore, vel in primis, tales iudicauerit, qualem *Fabianum* hunc *Fœlicem* coram cognoviſſe ſe, initio epiſtolæ adfirmauit, dubitandum non eſt: tales nempe, *qui de re Chriſtiana pure, argute, pie feliciterque & iudicare & diſſerere valerent: & in quibus, licet laicis, ſpiritus iudicii eſſet & ardoris.* Cuiusmodi certe *iudicii & ardoris ſpiritum Huttenus*, vt in multis aliis *Lucubrationibus* ſuis, ita præſertim in *Apologia*, quam

integram Parti huic me inſeruiſſe, ſupra iam præmonui, præ ſe tulit. Multo vero minus, quemquam hodie fore, arbitror, qui hanc laudem *Hutteno* præripiendam cenſeat, qua, vt inter *præcipuos veteris Litteraturæ Adſertores* & *in Germaniam reducendæ præcipuos adminiſtros* hodieque referatur, meruerit. omnes potius, qui merita eius diligentius paullo perpenderint, vltro confeſſuros eſſe, confido, *ipſo barbariem acriorem nullum ſenſiſſe hoſtem.* id quod *æqualis*, ipſique *amicisſimus Hermannus Nuenarius, Comes*, grauiſſimo teſtimonio ſuo confirmat(ſſ). Quantum vero grati poſteri *fideliſſimis* iſtis atque *acerrimis veteris Litteraturæ Adſertoribus* debeant, *celeberrimus Maittaire* breuiter, ſed tamen dilucide, in hunc modum expoſuit (t): *eorum absque induſtria & ſcientia fuiſſet, pretioſa illa, quorum veſtigiis innitere-*

mur,

(ſſ) vid. *Indicia* atque *Teſtimonia clar. Viror. de Hutteni virtute ac eruditione*, Parti huic præmiſſa.

(t) *Annal. Typograph.* T. II, P. I, p. 326, not.

mur, antiquitatis monimenta prorſus interiiſſent; quique ea ab obliuione haud aliam ob cauſſam vindicauerunt, quam vt ea ſimul cum ipſis poſteri admirarentur ac ſequerentur. Quo igitur ſuum cuique tribuatur; habemus ab Antiquis optima imitationis Exemplaria, a Neotericis eruditis optimam imitandi rationem. Quam præclare vero *Huttenus* veteres Scriptores Romanos, eosque præſtantiſſimos, imitatus ſit, vel ex eo colligi poteſt, quod *Eraſmus Rot.* eum *Latinæ linguæ delicium* prædicare veritus non ſit (tt). Iniqui plane idcirco cenſores, minusque intelligentes exiſtimatores *litteratiſſimo Latinitatisque ſtudioſisſimo Viro, Gulielmo Elſtob*, viſi ſunt (u), qui illam *ætatem* debita laude priuant, quæ *dicendi copiam & elegantiam denuo pepererit.* Cuius ipſius ætatis, id eſt *exeuntis XV & ineuntis XVI a nato Scr-*

(tt) vid. *Iudicia I Parti* præfixa, & *Commentar. meor. de Fatis Lat. linguæ in Germ.* P. I p. 320. P. II p. 474.

(u) in eleganti epiſtola, qua *Rogeri Aſchami Epiſtolas, Oxoniæ* an. 1703 editas, *Roberto Hethæo, Armigero*, dedicauit.

Seruatore ſæculi, in quod tempus *Hutteni ætas* incidit, *eruditos noſtræ ætatis eruditis Huetius, magni nominis Vir, præferendos eſſe*, cenſuit (v). Noſtram ætatem ſubſidiis, quibus homines eruditi euadere queant, abundare, vere iudicat: tot enim ſuppeditare huic Grammaticas, tot Lexica, tot Indices, tot Summaria, tot Libri, qui proximam & compendiariam quaſi ad ſummum eruditionis faſtigium monſtrent. illo ex aduerſo tempore, quo homines tetras tenebras, ac denſiſſimam caliginem eluctari cœperint, nulla alia adiutos hos eſſe re, niſi animi magnitudine atque robore, adſiduo ac improbo labore. nam libros raros adhuc tum fuiſſe, magnique ſatis pretii: paucos inſuper exſtitiſſe, quos diſcendi cupidi in conſilium adhibere potuerint, pauciores, quos imitari licuerit. intus itaque domique, non foris, neceſſaria eruditionis petenda

(v) in *Huetianis* artic. VIII.

petenda fuiſſe ſubſidia, ſiue ex proprio depromenda hæc fuiſſe penu. Quæ quum ita ſint, *idem ſummus Vir*, qui *Galliæ* ſuæ diu admodum ſingulari ornamento fuit, *inter illius temporis ac noſtræ ætatis eruditum idem diſcrimen eſſe*, ſtatuit, *quod inter Chriſtophorum Columbum, qui nouum orbem detexerit, & illum ſit, qui tabellariæ præſit naui, quæ quotidie Caleto Dubrim feratur.*

Proferenda talia cenſui, quo facilius diiudicari queat, *quantum in Hutteni animo roboris fuerit, quantum neruorum*; qui tot ingenii monimenta cum poſteritate communicauerit, quod eo magis mirandum eſt, quo plures propriæ ac præcipuæ ei acceſſerunt inſuper difficultates: ſiquidem *vita* eius *perpetua peregrinatio* fuit, & *continua, eaque anceps maxime, cum morbis, hoſtibus, & vitæ periculis certatio.*

Quum *Epiſtola animi* cenſeatur *index*: vt *Hutteni animum ingeniique indolem* penitus pernoſcere, & *ſingula-*

rem

rem eius *dicendi facultatem* admirari mecum poſſes, optime Lector, *aliquot integræ* ipſius *Epiſtolæ* & huic Parti a me ſunt inſertæ. Eo maior quidem me tenet ſpes, inſtitutum hoc meum tibi non improbatum iri, quo diligentius paullo ante laudatus *celeberrimus Maittaire diſperſarum Epiſtolarum collectionem* ſuaſit, ſcribendo (x): *Nihil fere eſt, quo magis in vera certaque rerum, temporum, virorumque iisdem temporibus florentium cognitione proficimus, quam* Epiſtolarum lectio: *& quamuis plurima variarum pasſim Epiſtolarum, vndequaque congeſtarum, circumferantur Volumina: non paucæ tamen ſuperſunt in diuerſis Librorum Editionibus ſparſæ: quas, quoniam aut Libri ipſi non adeo facile occurrunt, aut ſæpe lector cognoſcendæ, quam Liber exhibet, materiæ auidus non diu in limine ſubſiſtit, Epiſtolaresque Præfationes vel prorſus præterit, vel minus attendit, ex ſuis locis, prout ſeſe dat occaſio,*

(x) cit. *Annal. Typograph.* T. II, P. I, 249, not.

occaſio, promere ſingulas, iuuat. Ego vero non modo *ſingulas* ab *Hutteno* ſcriptas *Epiſtolas* ex libris raro admodum obuiis deprompſi, ſed & nonnulla *elegantiſſima* eius *Carmina* præter *verboſum* illud *ad Eob. Heſſum Reſponſorium*, ab obliuionis iniuria vindicare contendi: quæ fruſtra in ipſius *Operibus Poeticis* (y) quæruntur. quamuis & ipſa hæc *Opera* raro hodie inueniantur.

Vt denique etiam adpareret, me vere antehac adfirmaſſe, *pauca tantummodo ex quam plurimis clariſſimorum Virorum de Vlrichi Hutteni virtute, eruditione, atque meritis Iudicia ac Teſtimonia duabus prioribus Partibus a me eſſe præmiſſa; plurima* iſta *Iudicia* & *Elogia* huic Parti, *ſecundum temporis ſeriem fere diſpoſita*, præmittenda, duxi: quorum numerus licet tam exiguus non ſit; adaugeri tamen facile a me potuiſſet. Si qui ſunt, quibus tempus melius in alio

(y) quæ an. CIↃ IↃ XXXVIII coniunctim in 8 prodierunt. vid. P. I, p. 85, & Pars hæc III p. 45.

alio argumento commentando, quam in *celebrandis Vlr. Hutteni meritis*, collocare ego potuiſſe videbor; aliter forſitan ſentient, ſi *tot celeberrimorum ampliſſimorumque Virorum de Equitis huius virtute, doctrina atque meritis Iudicia* legerint. Ego quidem operæ pretium feciſſe mihi videor, qui *a tot tantisque Viris ipſius merito laudati Hutteni memoriam poſt integros ducentos annos renouarim quodammodo:* etiamſi tantum abeſt, vt, laudum eius immortalitati ſatisfeciſſe me nunc demum, credam, vt vires in laudibus eius digne celebrandis deficere me, vltro fatear. Me non inane ſpicilegium, ſed vberem meſſem dediſſe tibi hac Parte, ſi iudicaueris, beneuole Lector, ſatis habiturum me, ſpondeo. qui plane non ceteroqui dubito, quin *auguſtiſſ. Maximiliani I Imperat. Diploma*, quod primus ego in lucem profero, & *ipſius Hutteniani ingenii monimenta, & patrio & Romano ſermone confecta, & ſoluta & metris illigata, inuentu difficilia*, cum voluptate in Parte hac lecturus ſis. Vale. Scrib. Hildburghuſæ, exeunte menſe Sextili, CIϽ IϽ CC XXIII: quo anni tempore fortiſſimus Huttenus, ducentis abhinc annis, beata morte ex iniquiſſima vitæ conditione eſt ereptus.

ALIA

ALIA
CLARISSIMORVM VIRORVM
DE VLRICHI HVTTENI
VIRTVTE, ERVDITIONE ET MERITIS
IVDICIA ATQVE TESTIMONIA.

Eraſmus R. *Ep. CCCCLXXVI ed. Leid. ad Eob. Heſſum ſcr.* (a).

Adamabam ingenium Beati Rhenani: exoſculabar indolem Philippi Melanchthonis: ſuſpiciebam Capnionis maieſtatem: capiebar Hutteni deliciis.

Eob. Heſſus *in Hodœporico, Erphord. an.* clↃ IↃ xix *ed. B 5.*

Praeterea Huttenum quis iam non nouit Eraſmo
Laudatum; quo laudari, ſit gratia ficto,
Iuppiter ore velit?

Bilib. Pirckheimerus,
Ep. ad Herman. Nuenarium, Op. p. 242.

Germanae Nobilitatis decus & litterarum columen Huttenus.

Idem *in Epiſtola Apologetica Luciani Piſcatori praem.*

Vdalricus Huttenus, Germaniae noſtrae ſpes certiſſima, & nobilitatis ſtemmate clarus, & ingenio ac eruditione praeſtans.

(a) Plura *Eraſmi de Hutteno iudicia* vid. initio P. I, & II. conf. P. hac III, p. 166 (k).

Herman. Nuenarius,

Ep. ad Io. Reuchlinum Lib. II, Ep. XXXI ad hunc ſcr.

Tu noſti Hutteni ingenium, mores, indolem: præter virtutem, & geminum ſplendorem, totus eſt candidus, cultus atque elegans. te ita obſeruat, vt præferat etiam neceſſariis. litteras ita colit, vt nullum barbaries acriorem ſentiat hoſtem.

Ioach. Vadianus,

in Epiſtola, Hutteni Carminib. in ed. Auguſt. præf.

Vlrichus Huttenus, Poeta tam ingenii fecunditate nobilis, quam Maiorum claritudine ac inſigni proſapia famigeratus.

Chriſtoph. Hegendorffinus,

in Epiſtola, qua Eob. Heſſo Hutteni Artem verſificat. inſcripſit.

Huttenus vir, vt nobilis ortus, ita ingenii multo nobiliſſimi: - - - cuius mira in carminibus præſtantia: - - - doctiſſimus ſimul & eloquentiſſimus.

Idem *in Epiſtola ad Henr. Auerbachium Encomio Somni præf.*

Huttenus Vir incomparabilis: qui litteras ſcripſit mellitiſſimas.

Auctor Epiſtolæ ad Io. Crotum Rub.

p. 12, ſeqq.

Huttenus vir facundia excellenti, & facilitate

in

in poematis prope diuina: --- natum vehemens & feruidus, & odio hypocriſis ardens. --- Lutheranarum partium conſtanter manſit vsque in finem.

Io. Cochlæus,

in Actibus Lutheri, an. cIↄ Iↄ *xix.*

Vlrichus Huttenus, Eques Germanus, Vir & nobilis Familiæ, & acerrimi ingenii: qui & antea, priusquam Lutheri nomen orbi notum eſſet, multa pro libertate Germaniæ, contra penſionum quæſtus & citationum vexationes, quibus Romana curia Germaniam grauare videbatur, ſcripſerat, non ſolum carmine, verum etiam ſoluta oratione, vehemens & acer.

Herman. Hamelmannus, *p. 198.*

lib. IV de Viris in Weſtphalia illuſtr.

In Hochſtratium confictæ ſunt Epiſtolæ obſcurorum virorum ab Hermanno Comite de Noua Aquila, Vlrico ab Hutten, & Herm. Buſchio, Cæſario, & aliis.

Henr. Pantaleon,

de Viris illuſtribus German. P. III, p. 65.

Huldricus Huttenus, quum præclara indole eſſet præditus, parentum conſilio operam litteris dedit, & in omni genere artium & diſciplinarum plurimum profecit. Huic eruditioni armorum quoque ſtudia coniunxit, & in bellis Venetis Cæ-

ſari Maximiliano ſuam operam fortiter præſtitit, ita, vt ei gratiſſimus eſſet. Quum autem Lutheri doctrina publicaretur, Huldricus eam arripuit, atque contra alios mordicus defendit. Vnde multa audacter & libere in Pontificios (b), *multa etiam in Principes & Magiſtratus ciuitatum ſcripſit --- apud Germanos magnum ſibi nomen comparauit.*

Theod. Beza *in Iconibus.*

Vlrichum Huttenum præter generis nobilitatem, gentilitio cognomento & virtute quoque militari teſtatam, animi vigor inſignis magis etiam nobilitauit: quum ad eruditionem non paruam, acumen quoque & feſtiuum in primis ingenium, ad Poeticen natum, (ſicut variis carminibus & aliquot etiam lepidiſſimis Dialogis declarauit) adiunxiſſet, easque dotes ad veræ pietatis propugnationem contuliſſet, acrior tamen, & mordacior; vt multo ſolidiorem ac viuaciorem gloriam merito fuerit adepturus, niſi mors illum intempeſtiua, annum videlicet ætatis triceſimum quintum (c) *agentem, priusquam illa ingenii vehementia matureſceret, e viuis ſuſtuliſſet.*

Nicol.

(b) antea iam, quam *b. Lutheri* partes palam ſequi cœpit *Huttenus*, audacter & libere in Pontificios ſcribere inſtituit.

(c) *triceſimum ſextum* potius: ſiquidem *an.* cIↃ CCCC LXXXVIII *menſe Aprili* natus fuerat.

Nicol. Reuſnerus,
in Imaginibus Virorum litteris illuſtrium.
Huldrichus Huttenus, Eques Francus,
optimis eruditus artibus omnibus,
Minerua duce ac magiſtra:
Litterarum pariter & armorum præſtans gloria:
a Diuo Maximiliano I Cæſ. Aug.
ob excellentis ingenii vim,
ac probatæ virtutis in bello Veneto laudem
ſingularem,
& Poeta lauro, & Eques auro coronatus:
acerrimus propugnator communis libertatis:
Religionis vindex fideique rectæ conſtantiſſimus,
Partium ſemper ſtudioſus ac defenſor bonarum:
Muſarum & Gratiarum Hierophantes
incomparabilis.

Andreas Voit a Rineck, Eques Francus,
in Epiſtola ad Henricum Petreum Herdeſ.
Cuperem, permultos de Francica Nobilitate Hutteni veſtigiis inſiſtere, virtute, eruditione & induſtria immortale nomen ac decus parare.

Nicol. Friſchlinus,
in Epiſtola Salom. Frentzelii Poemat. præf.
Vlricus Huttenus, quum vnus eſſet ex ordine Equeſtri, ingenii ſui vires pro gloria Dei aduerſus malorum hominum conatus, pro defendendo Luthero conuertit.

Chriſtoph. Browerus,

Fuldenſ. Antiquitat. lib. IV, p. 337.

Vdalricus Huttenus, Equeſtri Familia, nouæ Sectæ Germanorum Poetarum acerrimus: Lutheri hyperaſpiſtes. Sub cuius mordaci Satyra & nigerrimo Sale non intutius ille, quam Teucer ſub Aiacis clypeo, latuit (d).

Leonh. Hutterus,

in Actione contra Iac. Gretſerum, p. 70.

Vlricus ab Hutten, Eques Germ. b. Lutheri defenſionem contra Pontificis, & Curiæ Rom. tyrannidem maſcule ſuſcepit; & Pontifices, Cardinales, Abbates, Epiſcopos, & vniuerſum clerum Rom. viuis ſuis coloribus graphice depinxit.

Melchior Adamus,

in Vita Pauli Meliſſi Schedii,

Vit. Philoſoph. p. 453.

Habet Franconia, quibus gloriari poſſit alumnis, in omni fere doctrinæ genere præſtantisſimis. Quid enim clarius Hutteno eo tempore vixit?

Io. Petrus Lotichius,

in Bibliothecæ Poet. P. III, p. 18, ſequ.

Complurimos inter Nobiles, qui a ſæculo, & quod excurrit, in Germania litteris atque armis floruere,

(d) eiusmodi *conuicia* & *Pallauicini* aliorumque & in II & in III hac Parte perſtrinxi, indigna prorſus, quæ refellantur.

floruere, primus facile & præſtantiſſimus eminuit Franciæ Nobilitatis Scipio ille, Vlricus ab Hutten: qui non ſolum Equeſtri dignitate Miles atque Eques multum ſtrenuus, ſed Muſarum maxime gloria; qua non modo ſibi, ſuisque, immo patriæ, immo vniuerſæ Germaniæ immortale decus abunde peperit: Poeta atque Orator exſtitit admodum generoſus. --- Lauro atque laude inſignitus, communis deinceps patriæ libertatis vindex & propugnator; Muſarum vero & Eloquentiæ adſertor, quoad vixit, perſtitit invictus atque incomparabilis --- Tam gladio, quam calamo, libertatis vindex acerrimus; multa cordate & libere in Romanos Pontifices atque Clerum, multa etiam in Principes Germaniæ & Status Democraticos conſcripſit.

Ian. Iacobus Boiſſardus,
Iconum Viror. illuſtr. P. II p. 33.

Hulrichus Huttenus Eques Fr. Germanus, Poeta in omni genere artium & diſciplinarum Parentum conſilio educatus, Minerua duce & magiſtra litterarum pariter & armorum gloria præſtans fuit (e).

Olaus Borrichius,
Diſſertat. IV de Poetis Latinis, n. 158 (f).

(e) quæ ſequuntur ex *Reuſnero* maximam partem & *Geſnero* ſunt tranſcripta. (f) hoc *Borrichii Iudi-*

Vlricus Huttenus in Epigrammatis ſalſus eſt, in Exhortatione ad Caeſarem, vt Venetos perſequatur, acris, facundusque, in Piſcatura Venetorum, quam epico depingit, vt & Germania, mediocris in Triumpho Capnionis & Panegyrico Epiſcopi Moguntini erectior.

Io. Andr. Quenſtedt,
in Dialogo de Patriis illuſtrium doctrina & Scriptis Virorum, p. 175.

Vlricus Huttenus, Eques & Ictus, qui cauſſam b. Lutheri, Pontificiam Idolomaniam impugnantis, probauit, multaque libere in Pontificem palam ſcripſit. --- Fuit Huttenus nobilitate & laude generis antiqui in primis clarus, doctrina erudita princeps, libertatis cupidus.

Io. Iacobus Hoffmann,
in Lexico vniuerſali Tom. II, p. 552.

Vlr. Hutten, Eques Fr. eruditione inclitus, corpore exiguus, verum animo tam ſublimis ac intrepidus, vt, ſi in eius poteſtate fuiſſet, vniverſum totum penitus inuertiſſet. Poeta eximius, ſed ſtilo acer.

Conr. Samuel Schurzfleiſch,
***Commentation.** in Vitam Alberti Animoſi, p. 156.*

Vlricus

cium tranſtulit *Adr. Baillet* in ſua *Iudicia* ſ. *Jugemens des Savans ſur les principaux Ouvrages des Auteurs*, T. IV. P. n. M.CCLV.

Digitized by Google

Vlricus Huttenus, Vir omnis peritiſſimus antiquitatis: cuius Satyra ad inertiam & prauos mores monachorum coarguendos valuit.

Dan. Georgius Morhof,

in Polyhiſt. Litterar. Lib. I, cap. XXIII, § 43. itemque in Libello de Ratione conſcrib. Epiſt. p. 10.

Barbarorum hominum ſtribliginem eleganter depinxit Vdalricus Huttenus, Eques nobiliſſimus, in Epiſtolis Obſcurorum Virorum. is enim verus earum auctor eſt.

Obſeruation. Halenſ. ad Rem litter.

T. IV, Obſ. IX, § 18.

Coryphæus omnium, atque huius Ludi, (Obſcur. Viror. Epiſtolarum) Choragus fuit Huttenus.

Burc. Gotthelff Struve,

Act. litterar. ex manuſcr. erut. Faſc. II, p. 105.

Inter eos, qui homines barbaros, linguarum & omnis politioris doctrinæ hoſtes ſalſe deridebant, facile princeps erat Vlricus Huttenus, Eques Francus, Vir doctus, ingenio mire felici ac feſtiuo, omnino etiam excelſo & confidentiſſimo.

Io. Burchard Menckenius,

in Diſſertatione de Viris Militia aeque ac Scriptis illuſtribus, p. 45.

Poeta feſtiuus Vlricus ab Hutten, Eques Francus: miles fuit primum ſub Maximiliano I in

Vlricus Huttenus in Epigrammatis ſalſus eſt, in Exhortatione ad Cæſarem, vt Venetos perſequatur, acris, facundusque, in Piſcatura Venetorum, quam epico depingit, vt & Germaniæ, mediocris in Triumpho Capnionis & Panegyrico Epiſcopi Moguntini erectior.

Io. Andr. Quenſtedt,
in Dialogo de Patriis illuſtrium doctrina & Scriptis Virorum, p. 175.

Vlricus Huttenus, Eques & Ictus, qui cauſſam b. Lutheri, Pontificiam Idolomaniam impugnantis, probauit, multaque libere in Pontificem palam ſcripſit. --- Fuit Huttenus nobilitate & laude generis antiqui in primis clarus, doctrina erudita princeps, libertatis cupidus.

Io. Iacobus Hoffmann,
in Lexico vniuerſali Tom. II, p. 552.

Vlr. Hutten, Eques Fr. eruditione inclitus, corpore exiguus, verum animo tam ſublimis ac intrepidus, vt, ſi in eius poteſtate fuiſſet, vniverſum totum penitus inuertiſſet. Poeta eximius, ſed ſtilo acer.

Conr. Samuel Schurzfleiſch,
Commentation. in Vitam Alberti Animoſi, p. 156.

Vlricus

cium tranſtulit *Adr. Baillet* in ſua *Iudicia* ſ. *Jugemens des Sa-vans ſur les principaux Ouvrages des Auteurs,* T. IV. P. n. M. CCLV.

Vlricus Huttenus, Vir omnis peritiſſimus antiquitatis: cuius Satyra ad inertiam & prauos mores monachorum coarguendos valuit.

Dan. Georgius Morhof,

in Polyhiſt. Litterar. Lib. I, cap. XXIII. § 43. itemque in Libello de Ratione conſcrib. Epiſt. p. 10.

Barbarorum hominum ſtribliginem eleganter depinxit Vdalricus Huttenus, Eques nobiliſſimus, in Epiſtolis Obſcurorum Virorum. is enim verus earum auctor eſt.

Obſeruation. Halenſ. ad Rem litter.

T. IV, Obſ. IX, § 18.

Coryphæus omnium, atque huius Ludi, (Obſcur. Viror. Epiſtolarum) Choragus fuit Huttenus.

Burc. Gotthelff Struve,

Act. litterar. ex manuſcr. erut. Faſc. II, p. 105.

Inter eos, qui homines barbaros, linguarum & omnis politioris doctrinæ hoſtes ſalſe deridebant, facile princeps erat Vlricus Huttenus, Eques Francus, Vir doctus, ingenio mire felici ac feſtiuo, omnino etiam excelſo & confidentiſſimo.

Io. Burchard Menckenius,

in Diſſertatione de Viris Militia æque ac Scriptis illuſtribus, p. 45.

Poeta feſtiuus Vlricus ab Hutten, Eques Francus: miles fuit primum ſub Maximiliano I in

Italia, deinde & contra Vlricum Wurtenbergicum ſtrenue pugnauit. - - - Eidem Maximiliano vti ob fortitudinem, ita etiam ob Poeſin non inelegantem ita ſe probauit, vt Poetica ab eo laurea fuerit donatus. qua ſic ſibimet ipſi placuit, vt pingi ſe curaret ferreis tegumentis indutum, lauroque velut corona triumphali coronatum. Præter Opuſcula Poetica, venuſtos admodum ſcripſit Dialogos.

Hermannus von der Hardt,

in Moguntina Reuchlini Hiſtoria p. 29, 31.

Vlricus Huttenus perilluſtris Nobilis Francus, illius ſæculi ſidus. - - genere & ingenio magnus.

Antoine Teiſſier,

dans les Eloges des Savans, tirez de l' Hiſtoire de M. de Thou, avec des Additions, T. I. p. 205.

Ulrich Hutten étoit Allemand, né dans la Franconie, & non pas François, comme l' a traduit Mr. du Ryer, qui n' a pas entendu la ſignification du mot Latin Francus. C' étoit un Gentilhomme également illuſtre par ſa valeur & par ſon ſavoir. Il avoit la taille petite & le corps foible, mais un eſprit ſi grand & ſi intrepide, que s' il eût eu autant de pouvoir, que de courage, il auroit bouleversé tout l' Univers. --- Il avoit

un

un talent merveilleux pour la Poeſie Latine, comme en ſont foi un grand nombre d'excellens Ouvrages en vers qu' il mit au jour.

Auctor
Auserleſener Anmerckungen über allerhand wichtige Materien und Schrifften
III Th. p. III.

Ich weis nicht, was die Deutſchen Fürſten vor einen Todenſchlaff müſſen geſchlaffen haben, oder ob ihnen der Pabſt die Liebe zu freſſen gegeben, daſs ſie ſo einen rechtſchaffenen redlichen Held, als Hutten war, der auſſer zweiffel meritiret, was bœbers zu ſeyn, vngeachtet alles ſeines Bittens, Flehens, Ermahnens, ſo gar verlaſſen, vnd ihm keiner, nicht einmahl heimlich, den geringſten Vorſchub gethan, noch bedauret, oder beklaget, alſo daſs es allein auff den ehrlichen Frantzen von Sickingen ankommen müſſen: da es noch wohl Hændel würde geſetzt haben, wenn er hætte leben ſollen, daſs alle Saecula würden von Hutten haben zu ſagen gewuſt, der nun faſt gantz vergeſſen vnd begraben. Gewiſs wer ſeine Klage an die Deutſche Stænde (f) *lieſet, muſs entvveder vveinen, oder ſich von Hertzen ſchæmen, daſs er ein Deutſcher iſt, daſs alles, bis auff den einigen*

(f) Integram *omnibus omnis ordinis ac ſtatus in Germania Principibus, Nobilitati ac Plebeis inſcriptam Conqueſtionem* inſerui P. II, p. 103, ſeqq.

einigen Hutten, ſo ſclaviſch gevveſen, vnd ſo vnempfindlich gegen dieſen Ausbund eines ehrlichen Deutſchen Patrioten &c. Wird auch meines erachtens vvol nicht eher gute Zeit in Deutſchland vverden, bis vvir Huttens Sinn, vnd Liebe zum Vaterlande vnd Deutſcher Freyheit kriegen.

Io. Henricus Bocriſius,
in Proluſione Miſcellaneorum ex Hiſtoria Litteraria: in qua ſimul ſiſtitur Schediaſma breuiter concinnatum de nonnullis Claris Franconiæ Viris eorumque in Rem Litterariam Meritis p. 12.

Vlricus Huttenus, æternum illud Franconiæ noſtræ ornamentum. --- Non tantum litterarum, ſed & armorum gloria præſtantiſſimus fuit. --- vna cum Præpoſito Comite Nevvenario, Reuchlino & Buſchio Epiſtolas Obſcurorum Virorum in inuidiam Orthvvini Gratii elaboraſſe dicitur (g).

Chriſtianus Gottlieb Buder,
in Diſſertatione, qua, Præſide B. Gotth. Struuio, *Vindicias Iuris Imperat. aduerſus Vrbis Romæ Epiſcopos ab ipſis Auguſtis factas, ductis a tempore repurgatæ in Germania doctrinæ Chriſtianæ initiis, perquirendas propoſuit p. 20. 28.*

Vlrichus

(g) *annus* c I) I) xxII, *quo florida ætate obierit*, minus recte ibi adnotatus eſt. *cl. Bocriſium* hunc adfirmaſſe,

Vlrichus de Hutten, Eques Francus, de Pietate, & Germana Libertate, Iuribusque Auguſtorum immortaliter meritus. --- Patriæ libertatis vindex, & veritatis adſertor conſtantiſſimus.

E. Nutbertus (h),

in der vm die Euangeliſche Religion hœchſtmeritirten Buchdrucker-Kunſt.

Vlrichus von Hutten, ein edler Herr aus Francken, hat ſich vor vielen andern mit tapffern Thaten vnd galanten Studiis diſtinguirt. --- Er vvar ein ſehr ingenieuſer Poete, ob vvohl der Stilus dieſer Zeit etvvas hart vvar. --- Anbey vvar er ein in der Hiſtorie vvohl erfahrner Mann, vvelche zur Reformation hoch nœthig, aber das rechte Saltz Kœrngen in der Syſtematicorum Augen vvar. --- Er vvar ein vngemeiner Eyferer vvider das Pabſthum, ſonderlich vvider deſſen Heerführer, vnd hætte lieber mit dem Schvverdte drein geſchlagen, ſo gut, als ers vom Pabſt vnd Clericat geſehen vnd erlernet: vvozu er, als ein feuriges Ingenium, gar gelebrig vvar, vvelches aber von Luthero allezeit miſsbilliget vvurde. Seine Feder aber vvar inzvviſchen zum Druck beſchæff-

maſſe, ſe *Memoriam Vlrici Hutteni rediuiuam prelo paratam habuiſſe*, Parte hac tertia indicaui, p. 6.

(h) in verum auctorem inquirunt Ephimerides inſcr, *Vnſchuldige Nachrichten* an. 1719, p. 101.

einigen Hutten, ſo ſclaviſch geweſen, vnd ſo vnempfindlich gegen dieſen Ausbund eines ehrlichen Deutſchen Patrioten &c. Wird auch meines erachtens wol nicht eher gute Zeit in Deutſchland werden, bis wir Huttens Sinn, vnd Liebe zum Vaterlande vnd Deutſcher Freyheit kriegen.

Io. Henricus Bocriſius,
in Proluſione Miſcellaneorum ex Hiſtoria Litteraria: in qua ſimul ſiſtitur Schediaſma breuiter concinnatum de nonnullis Claris Franconiæ Viris eorumque in Rem Litterariam Meritis p. 12.

Vlricus Huttenus, æternum illud Franconiæ noſtræ ornamentum. - - - Non tantum litterarum, ſed & armorum gloria præſtantiſſimus fuit. - - - vna cum Præpoſito Comite Newenario, Reuchlino & Buſchio Epiſtolas Obſcurorum Virorum in inuidiam Orthwini Gratii elaboraſſe dicitur (g).

Chriſtianus Gottlieb Buder,
in Diſſertatione, qua, Præſide B. Gotth. Struuio, *Vindicias Iuris Imperat. aduerſus Vrbis Romæ Epiſcopos ab ipſis Auguſtis factas, ductis a tempore repurgatæ in Germania doctrinæ Chriſtianæ initiis, perquirendas propoſuit p. 20. 28.*

Vlrichus

(g) *annus* CIϽ IϽ XXII, *quo florida ætate obierit*, minus recte ibi adnotatus eſt. *cl. Bocriſium* hunc adfirmaſſe,

Vlrichus de Hutten, Eques Francus, de Pietate, & Germana Libertate, Iuribusque Auguſtorum immortaliter meritus. --- Patriæ libertatis vindex, & veritatis adſertor conſtantiſſimus.

E. Nutbertus (h),

in der vm die Euangeliſche Religion hæchſtmeritirten Buchdrucker-Kunſt.

Vlrichus von Hutten, ein edler Herr aus Francken, hat ſich vor vielen andern mit tapffern Thaten vnd galanten Studiis diſtinguirt. --- Er vvar ein ſehr ingenieuſer Poete, ob vvohl der Stilus dieſer Zeit etvvas hart vvar. --- Anbey vvar er ein in der Hiſtorie vvohl erfahrner Mann, vvelche zur Reformation hoch nœthig, aber das rechte Saltz Kœrngen in der Syſtematicorum Augen vvar. --- Er vvar ein vngemeiner Eyferer vvider das Pabſthum, ſonderlich vvider deſſen Heerführer, vnd hætte lieber mit dem Schvverdte drein geſchlagen, ſo gut, als ers vom Pabſt vnd Clericat geſehen vnd erlernet: vvozu er, als ein feuriges Ingenium, gar gelehrig vvar, vvelches aber von Luthero allezeit miſsbilliget vvurde. Seine Feder aber vvar inzvviſchen zum Druck beſchæff-

maſſe, ſe *Memoriam Vlrici Hutteni rediuiuam prelo paratam habuiſſe*, Parte hac tertia indicaui, p. 6.

(h) in verum auctorem inquirunt Ephimerides inſcr. *Vnſchuldige Nachrichten* an. 1719, p. 181.

beſchæfftiget. - - - durch den Druck hat er Hohe vnd Niedrige zur Erkentniſs Pabſtiſcher Tyranney vnd Begierde zu Euangeliſcher Freyheit zu bringen geſucht.

*** *** ***

Quum *tot celeberrimorum Virorum de Vlr. Hutteno* protulerim hactenus *iudicia atque elogia*; ipſius *Hutteni de Imp. MAXIMILIANI I,* cuius clementia ac liberalitate ingenium eius excitatum eſt, *Magnitudine ad Germaniam Carmen*, idque elegantiſſimum, ſubiungendum iis decreui (i): quo magis magisque iudicia illa atque teſtimonia confirmentur, quibus *egregius* ac *feſtiuus maxime Poeta, omnis antiquitatis peritiſſimus,* eſt prædicatus. Nam doctis & intelligentibus exiſtimatoribus *Leonem ex vnguibus æſtimatu* inde procliue erit.

Quid veteres mirare tuos, Germania, Reges?
Quid repetis priſcos in tua ſecla Duces?
Ne pete Gambriuios, natosque Tuiſconis omnes,
Viſaque ſub Manno fortia corda Deo,
Hermionasve alacres, natosque Ingeuones armis,
Cimbrorum proceres, Teutonicumque genus.
Quique

(i) deſumptum ex *Operibus Poet.* A, 5.

Quique domi tibi, quique foris peperere decorem:
Neve Ariouiſtos, Arminiumque ferum.
Crede mihi, temere præſens reuocatur ad auum
Carolus, vt fortis, magnus vt ille fuit.
Quid ſeptem Henrichos, quid tres miraris O-thones?
Non vlli dignos cedere Scipiadi?
Et Latio horribiles Friderichos, quos ratio egit
Vlciſci infidos ſanguine Pontifices?
Vt tunc tempus erat, nemo ornamenta ſuperba
Teutoniæ potuit prouehere vlterius.
Nemo iſtis melius geſſit, vel pace, vel armis,
Rem patriæ. nemo fortius arma tulit.
At ſi quem probitas, ſi quem omnis criminis ex-pers
Mens dignum patrio fecerit imperio.
Si cupis innocuos mores, pacemque fidemque,
Summus & ad votum Maxmilianus *erit:*
Quem neque mollities poſſedit, quæque volu-ptas
Terrarum dominis regibus eſſe ſolet.
Et cui non placuit luxu indulgere ſupino,
Si qua fuit, numquam pax odioſa fuit.
Illecebris nullis, nullaque libidine fractus
Defuit ille ſibi, defuit ille tibi,
Quis vidit, madidum myrrha criſpare capillum?
Quis vidit, caſia, quis maduiſſe croco?

Quando

Quando armis requiem, bello quando otia honeſto,
Aut trabeam rigido pertulit ille ſago?
At contra integritas, contra eſt clementia virtus,
Quaque artes tantum percoluere animum.
Si petis ingenium, ſi ne qua induſtria deſit,
Septem vno linguas hic ſolet ore loqui.
Si petis, vt ſumptis bellum experiatur in armis,
Iam ruit in Gallos, iam ruit in Venetos.

Ad eumdem *Imper. MAXIMILIANVM de Germaniæ ſtatu* libere & audacter, antequam *b. Lutherus* ſalutare maxime Reformationis opus auſpicatus eſt, ſcripſit:

Quando erit, vt lumen Germania capta reſumat,
Hinc Romam vt videat ſeque ſuumque trahi?
Quando erit, vt bullas, auroque parabile plumbum
Orbe aliquis vendi cernat, emique alio?
Aut tua perpetuo, quod nunc Germania, Cæſar,
Ludibrium Romæ diripientis erit?
Quin mundi imperium, & caput hoc mundi imperiique
(Nam poſſum haud aliter dicere) Roma tua eſt.

DE

DE VLRICHI DE HVTTEN EQVITIS FATIS AC MERITIS *COMMENTARII*

PARS TERTIA ET POSTREMA.

QVum verſus huius,

Huttenus Muſas ſemper
Martemque ſecutus,
Gloria Muſarum, Gloria
Martis erat,

quem *imagini*, priori de fortiſſimi Equitis huius Commentarii mei Parti præfixæ, adieci, *Georgium Fabricium* auctorem ſtatuerim, me *Nicolaum Reuſnerum* (a) inprimis ſecutum eſſe, in Analectis iam ad priorem

(a) vtpote qui *Iconibus*, ſiue *Imaginibus Virorum litteris illuſtrium Elogia diuerſorum auctorum* addidit: qualia & *Vlr. Hutteni Imagini* B 6, ſeq. addidit.

iſtam Partem, quæ poſteriori eiusdem Commentarii Parti a me ſunt ſubiecta, faſſus ſum. *Gerardi* videlicet *Fauſti, Confluentini*, verſum hunc eſſe, ab *Aegidio Periandro* (b), & aliis ſtatui, a quibusdam *Georgii Agricolæ* verſum putari (c), poſtea cognoueram, quam priorem ediderам Partem. At ſub *Gerardi Fauſti, Confluentini*, nomine ipſum *Georgium Fabricium* latere, in præſenti exploratum habeo: vtpote qui ipſe Libelli, quo *Poetæ Germani celebres ſingulis diſtichis* laudantur (d), auctor eſt. Id quod ex præfatione, quæ iteratæ, eique auctiori Libelli huius editioni (e) præmiſſa eſt, didici. didici id etiam ex *Vincentii Placcii Theatro Anonymor. & Pſeudonymor.*

(b) in ſua, vt inſcripſit, *Germania:* in qua *doctiſſimorum Virorum Elogia, & iudicia continentur, ex diuerſiſſimorum Poetarum monimentis adcurate congeſta: Francof.* an. 1567, 8, ed. qui ipſe *Huttenum* p. 832 hoc laudauit Elogio:

Enſe potens, verſuque potens, es lege potenti
Strenuus: oranti vox tibi fortis abit.

(c) a *Cyriaco Spangenberg*; in *Adelſpiegel* P. II, lib. VI, p. 47, b. Hunc enim toto libri huius VI capite X *Hutteni laudes* perſequi, in Analectis ad Partem priorem iam indicaui.

(d) *Argentorati* ap. *Io. Schottum*, an. 1546, 4, ed.

(e) *Gorlicii* exc. ab *Ambroſio Fritſch*, an. 1573, 8.

mor. (f). In cauſſam, quæ *erudítiſſimum Fabricium* permouerit, vt fictum hoc nomen adſumpſerit, qui nusquam ceteroquin nomen diſſimularit ſuum, inquiſiuit *clariſſimus Schreberus* in *Vita* eius, diligentiſſime ab ſe conſcripta (ff). Haud ignobilis, eiusdemque nominis Poeta, *Ioannes Fabricius Montanus* (g), *Hutteno* non modo *Epitaphium* (h) conſcripſit, ſed huius quoque *Elogii* auctor eſt:

Quod gentilitiis poſſet præponere ſignis
Huttenus, *Muſis Gratia iuncta fuit.*

Ioannis Lauterbachii Epigramma, ex quo ille deſumptus eſt verſus, qui poſteriori Commentarii Parti præfixæ *Imagini* a me adiectus eſt, totum quin hic proferam, facere non poſſum (i):

(f) n. 1032 *Pſeudonym.* p. 278, edit. *Hamb.* fol.
(ff) *Lipſiæ* an. 1717, ed. p. 197.
(g) *Heluetius* natione: de quo conferatur *Io. Petri Lotichii Bibliothecæ Poeticæ* Pars III, p. 108.
(h) quod vna cum Elogio iſto & *Aegid. Periander Germaniæ* ſuæ, & *Nic. Reuſnerus Iconibus* ſuis addidit.
(i) ex *Nic. Reuſneri* citatis modo *Iconibus. Aeg. Periander* eiusdem *Lauterbachii* Epigr. *in Artem Verſificatoriam Hutteni Germaniæ* ſuæ inſeruit, p. 839, infra proferendum. de ipſo *Lauterbachio in Noſcowitz*, nobili genere, ex *Luſatia* oriundo, vid. *Io. Petri Lotichii Bibliothecæ Poeticæ* citata paullo ante Pars III, p. 160.

Huldrichus Hutten *Francorum* gente *creatus*,
Germanus priſcæ nobilitatis Eques:
Palladias iuuenis colui promptiſſimus artes:
Cæſare pro magno Martis in arma rui.
Defendi calamo verum pietatis honorem:
Haud fucum vires paſſus habere ſuas.
Hinc peperi ſollers numquam delebile nomen:
Quo viuens ſera poſteritate fruor.
Nobilitas multum mihi conciliauit honoris:
Mars multum & Pallas, plus Pietatis amor.
Quem Pietatis amor, Pallas, Mars ornat, ademptus
Poſt genitos inter nomine viuus agit.

Hutteni Vitam quinam commentati ſint, in præfatione Parti I Comment. præmiſſa indicaui. in Analectis ad hanc Partem, *Cyr. Spangenbergium* & *Aegid. Periandrum* addendos iis eſſe, oſtendi. Iam vero illum, qui *Neminem & Nibil ex tenebris coniunctim protulit* (k), *Carolum Arndium* (l), *Erdmannum Vhſen*

(k) *Ienæ* an. 1694, 8, ſumptu *Io. Bielckii.* In exemplo, quod non ita pridem ex *ſumme reuerendi Rechenbergii* bibliotheca mihi comparaui, manu adſcriptum eſt, *Auctorem* libelli eſſe *M. Schœngaſt.* Continentur vero in libello hoc *Vlr. Hutteni Nemo, Io. Paſſeratii Poema* inſer. *Nihil*, & *Io. Balth. Schuppii Oratio de Nihilo.* *Breuiora* quædam, & veterum & recentiorum, ſubiiciuntur *Epigrammata, Salutare Nihil*

Vbſen (ll), *Io. Gottfr. Olearium* (m), adiectos illis volo. In II Partis præfatione faſſus quoque iam ſum, me poſtea, quam priorem Partem foras dederim, comperiſſe, *nonnullos ampliſſimos eruditiſſimosque*

A 3 *ætatis*

Nihil continentia, aut commendantia. Vitæ vero Triumuirorum iſtorum libello ſunt præfixæ, breviter ſummatimque expoſitæ. ſiquidem *Hutteni Vita* tribus exponitur paginis.

(l) hic ſex circiter *Bibliothecæ* ſuæ *Aulico-Politicæ, Roſtoch.* an. 1706 editæ paginis, 34 ſeqq. *Huttenum* noſtrum laudauit; verboſiorem *Dialogi* eius, qui *Aula* inſcribitur, faciens mentionem. illos, qui Equitis huius merita cognoſcere vellent, ad *Adamum, Boiſſardum, Lotichium* ablegauit. Vbi vero p. 36 commentatus eſt clariſſimus hic Vir: *Varia reliquit ingenii feliciſſimi & ſtudii indefeſſi τεκμήρια, tum ſoluta oratione, tum ligata: quæ omnia ferme typis vna euulgata ſunt in Arce Steckelberga, MDXIX*; adſentientem ſibi me non habet. qui, non ita multa ex Arce hac ingenii ſui monimenta coniunctim emiſiſſe Huttenum, oſtendi.

(ll) in *Vitis celeberrimorum Eccleſiæ Doctorum & Scriptorum XVI & XVII Sæc.* Germanice conſcr. & an. 1710 *Lipſiæ* ed. ſex paginis, 218-224, *Vlr. Hutteni Vitam* deſcripſit, ad *Adamum* & *Balium* in primis lectores ablegans.

(m) hic *Bibliothecæ Scriptor. Eccleſiaſticor.* T. II, p. 232 *Hutteni laudes* attigit; alios itidem commendans, qui merita eius copioſius prædicauerint; a me vna cum aliis in citata præfatione & Analectis ad vnum omnes nominatos.

ætatis noſtræ Viros conſilium de celebrandis Hutteni meritis itidem cepiſſe. qui tanti Equitis laudum immortalitati cumulatius ornatiusque ſatisfacere ſine dubio potuiſſent, quam ego quidem ſatisfacere huic adhuc pro virili mea parte contendi. Singulos eos, vt ſymbolas ſuas ad Equitis huius, de poſteritate tam præclare promeriti, vitam ſempiternæ gloriæ commendandam beneuole conferrent, meve, vbi in Commentario meo erraſſe me, cognouiſſent, docere haud grauarentur, vel ipſe coram, vel per litteras, vel per alios obteſtari non intermiſi; publice gratiſſimum me declaraturum eſſe animum, pollicitus: ſed fruſtra. *Io. Henricus Botriſius, Vir clariſſimus*, ſex amplius abhinc annis erudito orbi præmatura morte ereptus, publice antea confirmauerat (n), *ſe Memoriam Vlr. Hutteni rediuiuam prelo paratam habere, qua vitæ meritorumque eius vberiorem daturus eſſet deſcriptionem, breui Commentatione de Nobilibus Franconiæ Arte & Marte præmiſſa.* Omnia quidem, & litteris, & coram, expertus ſum atque pertentaui, vt Memoriam iſtam a doctiſſi-

(n) anno iam cIↃIↃ cc xii, in *Schediaſmate I de Nonnullis Franconiæ Viris, eorumque in Rem litterariam Meritis, Suinfurti* in fol. ed. p. 12.

doctiſſimo hoc Viro elaboratam, preloque, vt ipſe quidem adfirmauit, paratam iam, a Vidua & Cognatis impetrarem; & huic omnino, vt par fuiſſet, ſuum vindicaturus. At neque ab his adipiſci quidquam potui: vtpote qui pernegarunt, de Commentatione hac, publice a beato Viro promiſſa, ſibi quicquam conſtare: ita, vt verendum ſit, ne in *Bibliothecam promiſſam ac latentem* & poſtero tempore ea ſit referenda. *Illuſtri* etiam *Viro, Ferdinando Ludouico de Breſsler*, cuius præmaturum itidem obitum Reſpublica Vratislauienſis, omnisque eruditus orbis,nondum eluxit, *Vlr. Hutteni Merita* commentari in animo fuiſſe,qui diuini huius ingenii monimenta ſummo idcirco per plurimos annos collegerit ſtudio, Vir quidam eruditus, mihique amiciſſimus,litteris nuper ſignificauit. Et ipſum illuſtrem hunc Virum eum eſſe, cenſeo, qui in *priore Vniuerſalis Lexici Hiſtorici, Germanice confecti, editione* caput, quod de *Vlr. Hutteno* agit, elaborauerit,idque in *altera* eius *editione*, quæ multo auctior proximo anno prodiit, & ex *meo*, vt ingenue faſſus eſt,*de Equitis huius Fatis Commentario*, locupletarit. Quo plures ita-

que eruditiſſimos Viros de Hutteni Meritis illuſtrandis amplius cogitaſſe, exploratum habeo; eo facilius mihi perſuadeo, operæ omnino pretium me feciſſe, quod omnia, quæ modo cunque ad memoriam eius, poſt ducentos a morte eius annos, redintegrandam pertinerent, adhuc, quoad eius fieri a me potuerit, indagarim.

De Familia, ex qua *Vlr. Huttenus* ortus eſt, *antiquitate* & *ſplendore* multa proferri a me inſuper poſſent, quæ exploratiora in præſenti habeo, quam tum, quum binas de Vita eius Commentarii Partes ſexennio abhinc emiſi. Verum etiam nunc, optime Lector, non ad illud modo *Lexicon Hiſtoricum*, patrio ſermone conſcriptum, quod in priore Parte citaui, & cuius *locupletioris editionis* paullo ante mentionem inieci, ablego te; ſed ad inſigne quoque Opus, *die Hœchſte Zierde Teutſchlandes, vnd Vortrefflichkeit des Teutſchen Adels, vorgeſtellt in der Reichs-freyen Rheiniſchen Ritterſchafft, Stamm-Taffeln vnd Wapen &c.* opera *illuſtris Viri, Io. Maximiliani Humbracht*, editum (o), in Analectis ad priorem iſtam Partem

(o) *Francofurti* an. 1707. fol. ex quo excerpta ſunt, quæ

Partem a me iam laudatum; & ad *Io. Stephani Burgermeiſteri Bibliothecam Equeſtrem* (p). Tantum de vno alterove illuſtriſſimæ Familiæ huius Equite, qui præclare de *Vlricho* promereri contenderunt, vel in primis exemplo ei fuerunt in adamanda virtute; vel qui ipſius deinceps in hac colenda, amandisque litterarum ſtudiis veſtigia videntur perſecuti, meliora nunc edoctus, proferre quædam conſtitui.

Vlrichi iam ætate *antiquiſſima* hæc *Fami-*

quæ de ſplendidiſſima hac Familia leguntur in *des Heil. Rœm. Reichs Genealogiſch-Hiſtoriſchen Adels-Lexico, Lipſ.* an. 1719, 8 mai. ed. a *Io. Frid. Gauhen.*

(p) eiusque Partem II, *Vlmæ* vna cum priore an. 1720, 4, editam. in hac enim talia modo occurrunt, quæ nominatim ad *Vlrichum* pertinent, infra indicanda: in illa vero talia inueniuntur, quæ ad *Familiam vniuerſam* ſpectant: quandoquidem *Georg. Rixnerus*, cuius integer Liber, quo *Equeſtres Ludos* perſequitur, *Thurnier-Buch* inſcr. Parti iſti poſteriori inſertus eſt, illos ex Familia hac commemorat, qui Ludis eiusmodi interfuerunt. eidem Parti ſubiecta inter alia eſt *Deſignatio nobiliſſimarum Familiarum*, quæ in *Cyr. Spangenbergii Adelſpiegel* laudantur: cuius Deſignationis pag. 41 ea, quæ ad *Huttenianam Familiam* ſpectant, indicantur.

lia in duos diuiſa erat ramos (q), in *Steckelbergenſem* (r) puta, ex quo noſter originem duxit, & *Franckenbergenſem*: qui iterum in *Franckenbergenſem* ſe diuidit atque *Stoltzenbergenſem*. qui duo tresve Rami, ſiue Familiæ, iisdem *gentilitiis* vtuntur *inſignibus*; *aureis* ſcilicet *Balteis duobus*, iisque ſiniſtris, in *parma rubea*, ſolo apice variante. etenim *Steckelbergenſis* Familia *Alarum iugum expandit*. *ſcutariisque* diſtinguit *Balteis*; ſic, vt inſignia prioris Partis horum

(q) *celeberr. Spenerus*, in egregii ſui *Operis Heraldici* Parte gener. p. 164, & 354, & ex hoc *cl. Car. Arndius* in *Bibliotheca Aulico-Politica* p. 34 adfirmauit, *illuſtriſſimorum Huttenorum Familiam duabus conſtare lineis, Hutten de Steckelberg, & de Færd.*

(r) de *gentilitia arce Steckelbergk*, quam *Vlricho* noſtro *natalem* locum fuiſſe, P. I, p. 63 (a) monſtraui, & quæ duob. milliarib. *Fulda* ſita eſt, euoluiſſe iuuabit *Hiſtoricos*, qui de *Epiſcopatu Herbip. Germanica lingua* ſcripſerunt, ab *ill. Io. Petro Ludwig Lipſ.* 1713, f. ed. p. 818, 847: vbi pluribus verbis commemoratur, cur arx hæc ab *Epiſcopo Ioanne de Grumbach* an. cIↄ cccc LVIII ſit expugnata, & quibus conditionibus anno inſequenti ab Epiſcopo hoc *Familiæ Hutten.* & denuo anno cIↄ cccc LXVI *Ludouico*, *Io. Frobino*, *Laurentio*, *Bartholomæo*, & *Iobſt Huttenis*, ab *Epiſcopo Rudolpho* ſit reddita. *Laurentius* ipſe ſine dubio *Vlrichi* noſtri *auus* fuit: cuius laudes paullo poſt a me referentur.

rum Commentariorum Imagini expreſſa adiecta ſunt. *Franckenbergenſis* autem, &, quæ dudum ex hac prouenit, *Stoltzenber-genſis*, Familia Alarum loco *Herma* vtitur *virili*, cui *rubea veſtis* induta, & *pileus* ſ. *mi-tra*, *galli gallinacei pennis ornata*, impoſita eſt, eiusdem coloris, cum ora aurea (s).

Vlrichi noſtri *Parentis*, cui idem, quod Filio huic ſuo fuit prænomen, & qui, ſi omnino ſuperſtes huic non fuit, non mul-to tamen ante hunc a vita diſceſſit, & in priore & in poſteriore Parte mentio a me facta eſt (ſ). Coniux eius, noſtri *Mater*, fuit *Ottilia ab Eberſtein*: cuius gentilitia in-ſignia in illa, quæ alteri Parti præfixa eſt, Effigie indicata ſimul ſunt. *Auum Vlri-chi*, qui *Fuldenſis Abbatis* a conſiliis fuit, & qui *Elſam de Thüngen* in matrimonio ha-buit, ipſis Nepotis huius verbis laudare decreui (ſſ). *Aui mei, LAVRENTII HVT-TENI*

(s) *cel. Spenerus* p. 164, (γ) & p. 354 *cit. Op.* & ex hoc iterum *cl. Arndius*, ſtatuunt, *oram* eſſe *argen-team*: at *auream oram* præ ſe ferunt *inſignia* illa, quæ *ill. Humbracht* CLXVIII Tabulæ *cit.* itidem *Op.* præfigenda curauit.

(ſ) I, p. 65. II, p. 124.

(ſſ) ex cap. XX Libri eius *de Guaiaci Medicina* excer-ptis.

TENI, in litteras referenda frugalitas magno nobis ad gloriæ ambitum incitamento eſſe debet. Is cum locuplete eſſet cenſu, ac in magnis etiam Principum noſtrorum negotiis, domi pariter ac militiæ, verſaretur, in ſuam domum piper, crocum, zinziber, & id genus peregrina condimenta, numquam admiſit: nec alio ipſe, quam ex noſtra lana, veſtimento vti ſolitus eſt; quum ob bene geſtam rem pretioſæ illi quandoque veſtes donarentur. Idque non tantum faciebat ipſe, ſed magno etiam apud æquales ſuos conuicio mores hominum inſectabatur: quaſi non apud nos, inquiens, naſcatur, quo, ſi gulæ oblectamentis opus ſit, condiri noſtra poſſint; aut veſtimentorum corporis pretium animi qualitatem arguat. Sed de hoc viro, ne meam ibi gloriam captare videar, loqui deſinam, ſi hoc prius dixero, ita ſentire me, non perinde pulchrum eſſe, ex hac familia, vbi quædam alioqui iactationis materia invenitur, quam illius nepotem, qui ſic vixerit, naſci (ſt). Fortiſſimo itaque Equiti noſtro ſuccur-

ptis. vnde & *Th. Lanſius* excerpſit ea, quæ in *Oratione contra Germaniam* protulit, p. 626, 627, *Conſultat. de Principatu inter Prouinc. Eur.* edit. *Amſtelod.*

(ſt) viuere omnino ſic contendiſſe *Vlrichum, Laurentii Nep.* P. II, p. 24 (g) comprobaui: vtpote qui ſola lana, in territorio ſuo nata, nullo extero exquiſitiore cultu, ornatuve arceſſito pretii maioris adhibito, niſi domeſtico, veſtire ſe conſueuerit.

ſuccurrebat, quod *T. Manlio Torquato* ſuccurriſſe olim, legimus (t), *Romanos Maiorum ſuorum effigies cum titulis ſuis idcirco in prima ædium parte ponere conſueuiſſe, vt eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur.*

Quando P. II, p. 124, *Vlrichum* noſtrum *maximum natu* ſtatui *filium, Oth. Brunfelſium* ſecutum me eſſe, oſtendi. Secutus eum etiam videtur ille, qui in *Lexico Hiſtorico vitam Vlrichi* enarrauit (tt). At in *Tabulis Genealog.* ab *illuſtri Humbrachto* editis, *Vlrichus* noſter *quartus natu* videtur fuiſſe (u). Singulari in hoc adiuuando benignitate ac munificentia fuiſſe FROBINVM HVTTENVM, ipſum Vlrichum P. I (v) prædicantem induxi. In grauiſſima illa ad *Iacobum Fuchs, Eccleſiar. Bamberg. & Herbipol. Canonicum* (x), epiſtola (y) eum *Adfinem*

(t) apud *Valer. Maximum, Factorum Dictorumque Memorabil.* Lib. V, c. VIII, n. 3 extremo.

(tt) T. II, p. 749, b.

(u) Tab. CLXVII. (v) p. 96.

(x) *Hutteno* noſtro quam amiciſſimum: cuius, vt P. I, p. 106, cognoſci poteſt, contubernio tum vtebatur noſter, quum *Bononiæ Accurſianum abſinthium potaret.* Memoratu digna multa de *eruditiſſimo* hoc *Canonico* leguntur in citat. paullo ante *Scriptorib.*

Adfinem ſuum adpellauit: cui, in quemdam doctorum hominum conuentum producenti ſe, ac dicenti, *Hic meus eſt, Itelwolfe*, ipſe hic *Itelwolfus de Lapide* reſponderit:

rib. de Epiſcop. Herbipol. p. 870, ſequ. cauſſæque indicantur, cur, quum dignus antea a multis Canonicis diiudicatus fuiſſet, qui *Epiſcopus Herbip.* eligeretur, vtroque, & *Herbipol.* & *Bamberg. Canonicatu*, ſeſe abdicauerit; fratri ſuo *Andreæ*, ab Hutteno noſtro P. I, p. 52 laudato itidem, eos concedens. *Matrimonium* videl. *Sacerdotibus permittendum omnino eſſe*, ſtatuit: quale quum ipſe denique cum nobili Virgine iniiſſet, an. cIↄ Iↄ xxxix in prædio *Arlschwang*, quod coemerat, non procul *Chambo* ſito, diem obiiſſe, ibi commemoratur. Quum *ſummum humaniorum ſtudiorum amatorem* palam ſe profeſſus ſit; is merito a me in *Germaniæ Equite, acerrimo Humanitatis Propugnatore*, *Herm. Buſchii Vallo Humanitatis* præf. p. 80, eſt collaudatus. Hic ipſe ille *Canonicus* eſt, quem *ex magna & antiqua Franciæ Nobilitatis Familia*, *Vulpium cognomento*, ortum, *pietate & multiplice virtute ornatiſſimum & doctum Virum, qui human. ſtudiorum amatorem ſeſe præſtiterit*, cognouiſſe ſe, & *Eob. Heſſus*, Libello altero Epiſtolar. a *Ioach. Camerario* ed. C, 3, a, *Georgio Sturciadæ* adfirmauit; quum anno cIↄ Iↄ xxv vna cum ipſo hoc *Camerario Erphurdium* is tranſiiſſet.

(y) qua ipſius *Itelwolfi de Lapide* obitum acerbiſſime deplorauit: cuius mentio P. I, p. 93, 94, & 202 a me facta eſt: præmiſſa ea eſt *Inuectiuis in Vlrichum VVirtenp. D.*

rit: *at non minus & meus*; ad animorum coniunctionem referens, quod *Frobinus* de ſanguinis propinquitate ſignificauerit. Quinam *Frobinus* intelligeretur, ſubdubitaueram tum, quum laudes, quibus munificentiam eius Vlrichus proſecutus eſt, in P. I referrem. compertum autem in præſenti habeo, ipſum illum *Frobinum* ab Vlricho laudatum eſſe, quem in *Moguntina Aula Mareſchalli munere functum*, & *famæ celebritatem in ruſticorum tumultu adſecutum poſtea eſſe*, adnotaui (z): illum vero *FROBINVM*, quem *Dapiferi*, ſiue *Tricliniarchæ*, *munus in Herbipolitani Epiſcopi Aula* obiiſſe, memoraui (a), *Vlrichi noſtri germanum fratrem* fuiſſe, qui quam maxime huic ſit obnixus, cognitum habeo (b). Prioris illius *Frobini*, qui ex *Stoltzenbergenſi* ortus fuit *Familia*, in Vlrichum gentilem benignitas vel ex hac eius *Syngrapha* diiudicari poteſt (c): *Ich* Frowin von Hutten, Meinz. Marſchalcke, *bekenne*, *als der— Albrecht—* (d) *dem veſten* Vlrich von Hutten,

(z) P. I, p. 96. (a) mortuus eſt an. cIɔ Iɔ xxix.

(b) P. II, p. 124. (c) quam *celeb. Georg. Chriſtianus Ioannis* beneuole mecum communicauit.

(d) *Archiepiſcopus Moguntinus*: qui & aliis beneficiis,

ten, *meinem Vettern, gnedig zugeſagt hat, ime zu vollſürung ſeines angeſangenen ſtudiums in hoher ſchule 200 fl.* (e) *zu ſtewer zu geben, daß demnach der*— Conrad Rucker, Canonicus zu Aſchafenburg, Secretari, *in abweſen des Cammerſchreibers mihr an denſelben 200 fl. auff mein bitt 50 fl gereicht hat, die ich auch furter ged. meinem Vetter, als er in Welſchland gezogen iſt, überliſert han. die Magdalenæ* 1516 (f).

LVDOVICVS DE HVTTEN, ab *Vlricho Wirtemp. D.* interempti *Ioannis Pater* (ff), qui

vt in vtraque Parte a me oſtenſum eſt, & ante & poſtea, Vlrichum cumulauerat. *Itelw. de Lapide*, quum ab eodem *Alberto* muneris loco CC aureos aliquando ad Vlrichum noſtrum retuliſſet antea, dixerat, *dat hoc litteris tuis Princeps.* conf. P. I, p. 100. Munus hoc an. cIↄ Iↄ xıv accepiſſe is videtur, pro *Panegyrico in Exceptionem Mogunt. Alberti, Carmine heroico conſcr.* de quo vid. P. I, p. 87.

(e) *aurei* forſitan intelligendi ſunt. Totidem *ducatos* noſtrum ab eodem Principe dudum antea, quum ex *Francof. Academia* demigraſſet, accepiſſe, ille, qui in noua *Lexici Hiſtor.* editione Vitam eius enarrauit, adfirmat.

(f) tertium in Italiam tum Vlrichum abiiſſe, infra denuo adparebit.

(ff) ad quem ipſum noſter verboſam *ſuper Interemptione Filii conſolatoriam* ſcripſit atque edidit. vid. P. I, p. 93.

qui Vlrichi noſtri ſtudia inſigni etiam liberalitate adiuuit (g), ex *Franckenbergenſi Familia* oriundus, *Würtzburgenſis Epiſcopi a conſiliis* atque *Trimbergenſis Præfectus* fuit: omnibus bellicis progymnaſmatibus, ætate ſua celebratis, interfuiſſe, iisque excelluiſſe, prædicatur. *Ludouici* Fratris *Conradi* nepos fuit *MAVRITIVS DE HVTTEN, Epiſcopus Eichſtettenſis*. Quanam ratione hic *gentilis* ſui *Vlrichi Manes* demereri contenderit, P. I iam oſtendi (h). nec ita obſcure & alibi (i) declaraui, quam egregie is vna cum *Fratre PHILIPPO* erga litteras litteratosque fuerit animatus. Quæ repetere nihil attinet. Tantum hic addam *Epitaphium*, quod, *laudatiſſimo huic Epiſcopo Mauritio Würtzburgi in Cathedrali Templo* poſitum, conſpicitur (k): quando-

 quidem

(g) P. I, p. 92.

(h) p. 317, 318. (i) in *Germaniæ Equite, acerrimo Humanitatis Propugnatore, Herm. Buſchii Vallo Humanitatis* præm. p. 81, ſequ. creberrima eius mentio fit & in *Ioach. Camerarii Epiſtolar. Lib. V poſter.* præſertim lib. II, ad *Dan. Stibarum* ſcr.

(k) *Celeb. Georg. Conrad Sigler*, qui *Rmi ac Celsmi Principis Epiſcopi Herbipol. a Secretis Conſil. Eccleſ. & a Bibliotheca* hodie eſt, illud, pro ſingulari ſua humanitate, mecum communicauit. Eius ope tam felicem

quidem nusquam, quantum ego quidem ſcio, typis exſcriptum illud legitur (l):

D. O. M.

felicem etiam futurum me, ſperaueram, vt *Epiſtolas, ad eumdem Præſulem ab eruditis ſcriptas*, commodatas acciperem: quippe quas foras datas eſſe, ex priore ſæpius citati hactenus *Lexici Hiſtor.* editione didiceram. At quum negauerit ampliſſimus hic Vir, *Epiſtolarum harum Volumen* in *Reuer. Cathedr. Würtzb. Templi Decani*, *CHRISTOPH. FRANCISCI AB HVTTEN*, quem ætas noſtra ſummum veneratur Mæcenatem, & illuſtriſſima Familia, maximum ſui colit decus, exquiſitiſſima Bibliotheca reperiri; dubito omnino in præſenti, an Epiſtolæ hæ typis exſcriptæ exſtent. accedit, quod in quam plurimis, & publicis & priuatis Bibliothecis, fruſtra itidem eas indagauerim. In dubium rem eo magis vocare cœpi propterea, quod nulla amplius harum *Epiſtolarum* in *noua Lexici* iſtius *editione* fit mentio. vnde non obſcure coniici poſſe, numquam eas prodiiſſe, & *generoſiſſimo ac perilluſtri Chriſtoph. Iacobo Im Hoff*, in litteris beneuole ad me ſcriptis, viſum eſt.

(l) legitur quidem & in *Nathan. Chytræi Varior. in Europa Itinerum Deliciis*, p. m. 378, & in *Franciſci Sweertii Selectis Chriſtiani Orbis Deliciis*, p. 412, *Epigramma* quodpiam *ad Tumulum Mauritii ab Hutten Epiſcopi Eyſtettenſis*. Verum *Marmori Epitaphio Epigramma* illud ſubſcriptum eſſe, eiusque auctorem eſſe *P. Meliſſum*, ex huius *Schediaſmatib.* quæ coniunctim denuo *Lipſ.* an. 1625 prodierunt, didici. vbi integrum illud inter *Melica* ipſius p. 50, legitur,

D. O. M. MAVRITIO AB HVTTEN, Bernhardi F. Præpoſito Wirtzburgen. magna pietate, præſtanti ingenio, & ſingulari erga doctos atque ſtudioſos amore cognito: qui anno geſtæ Præpoſituræ VII in Epiſcopum Eychſtetten. vnanimiter electus, quando diu reluctaretur, precibus tamen Capitularium & graui amicor. monitione victus, oneri ſubiit, ac XIII an. ita laborauit, vt, quoniam commiſſi Gregis incolumitati, cum alias ſemper, tum in grauiſſ. ſui temporis Germaniæ tumultib. ſumma ſollicitudine atque prudentia conſuleret, domi charus, & foris inter Imperii Conuentus & optimis quibusque gratus eſſet, moriensque magnum omnibus, præcipue de Eccleſiæ concordia recte cogitantib. deſiderium relinqueret: ſui Exſequutores ex Teſtamento PP.
Vixit ann. XLIX. d. XI. obiit VIII Idus Decembr. Anno Dni M D LII.

Nec vero & *BERNHARDI* atque *GEORGII LVDOVICI AB HVTTEN*, qui *Friderici*, alterius Fratris *Mauritii*, Filii fuerunt, laudes repetere animus eſt, alibi iam ſtrictim

 a me

legitur, VIII conſtans diſtichis, quorum primum ac vltimum eſt:

Adſpicis, humanæ breuis vt ſit linea vitæ,
Vt dubias verſet mors inopina vices.
Viue memor leti, quisquis cæleſtia curas;
Sis leti Victor gaudia læta feres.

a me memoratas (ll). Adiiciam modo heic, ipſum hunc *Georgium Ludouicum* & *WOLFFG. LVDOVICVM*, qui ex *Stelkelbergenſi Familia* ortus, *Friderici*, noſtri Vlrichi Patrui, pronepos fuit, *illos duos eruditiſſimos in Palatinatu inferiori Satrapas* fuiſſe, mihi videri, qui a *Melchiore Goldaſto*, cui amiciſſimi fuerunt, vna cum reliquis Huttenicis Agnatis, *Vlrichi* noſtri *Scriptorum omnium editionem* exſpectarint (m). Huius Fratris *Frowini*, de quo ſupra egi, filius fuit *MANGOLD DE HVTTEN*: cuius *obitum* an. cIↃ IↃ LVIII *Petrus Lotichius Secundus* verboſa, eaque elegantiſſima, proſecutus eſt Elegia (n).

Præmit-

(ll) in *Germ. Equite acerr. Humanit. Propugn.* p. 83. Alterius, nempe *Georg. Ludouici*, laudes ſingulari *Epigrammate* celebrauit *Nic. Reuſnerus*, Op. Poet. P. III, p. 188. cui etiam citatus modo *Meliſſus* vnum alterumve *Carmen* inſcripſit, pag. 3 *Melet.* & *Parænet.* p. 331, *edit. Commelin.* Binæ *Epiſtolæ*, eæque elegantes, quas ipſe hic *G. Lud. H.* adoleſcens an. cIↃ IↃ LXXII *Venetiis* ad *Adr. Mylium* miſit, & quas hic ad eum dedit, reperiuntur in *illuſtr. & claror. Viror. Epiſtolar. Centur. II, Leid.* cum præf. *Dan. Heinſii* ed. an. 1617, 8, pag. 541, ſequ. 612-783.

(m) vt in præfatione P. II expoſui.

(n) quæ lib. IV Elegiar. p. 119, ſeqq. *edit. Vœgelin.* legitur, & in qua *Arx Steckelberg* ita p. 120 deſcribitur:

Inclita

Præmittenda talia cenſui, vt adpareret quodammodo, complures omnino in *illuſtriſſima* hac *Familia* exſtitiſſe *Equites*, qui Gentilis ſui *Vlrichi exemplum* in *amandis litterarum ſtudiis* ita videantur imitati, quemadmodum ipſum *Vlrichum Aui* in primis ſui *Laurentii* exemplum in *frugalitate amplexanda æmulatum eſſe*, cognouimus. *Vlrichi* quidem certe memoriam ab illuſtriſſima Familia hodieque diligentiſſime coli, exploratum habeo: præſertim quum ipſa iuribus illis atque priuilegiis, quæ Imperator *Gentili* huic *Vlricho* ob ſingularem ſuam virtutem ac eruditionem largi-

B 3 tus

> *Inclita tu priſcæ ſpectas cunabula gentis,*
> *Illic prima ſcatet fontis origo tui.*
> Ardua, *qua vacuas turres extollit in auras*
> Arx, *a* præcipiti *nomen adepta* iugo.

Nec vero *Lotichius Vlrichum* in elegantiſſima hac Elegia non laudauit: ad cuius laudes hæc in primis pertinent, p. 121:

> *Hinc* Patruus, *notum cuius ſuper æthera nomen,*
> *Peruolat immenſi Solis vtramque domum:*
> Huttenus, *quem fama vehet plaudentibus alis,*
> *Ordo per Europam donec equeſter erit.*

& p. 124:

> *Sed quæ me viridi Muſæ docuere iuuenta,*
> *Carmina de* Patrui *fontibus hauſta tui.*
> *Primus is e ſacro doctas Helicone Sorores*
> *In Patria duxit florida rura mea.*

tus eſt, in hunc vsque diem, vti audio, fruatur. Ad ipſum itaque *Vlricbum* hunc noſtrum, talibus præmiſſis, venio. Ex *Monaſterio Fuldenſi*, in quod XI annorum puer a Parentibus miſſus ſit, *Coloniam Agrip.* & hinc *Francofurtum ad Viadrum* eum ſtudiorum cauſſa commigraſſe, P. I copioſius paullo expoſui (o). Cum ipſo *Io. Rhagio Aeſticampiano, Præceptore ſuo, Francofurtum* contuliſſe ſe Huttenum, opinor. Etenim *Aeſticampianum* circa illa tempora *Colonia* a Sophiſtis, acerrimis iſtis barbariei propugnatoribus, eiectum eſſe, alibi monſtraui (p). *Huttenum* hunc noſtrum *primo a fundata Academia Francofurtana anno primum in Philoſophia dignitatis gradum accepiſſe*, complures litteris prodiderunt (q). qui annus noſtro ætatis ſuæ fuit duodeuiceſimus. Quum

(o) p. 66, ſeqq.

(p) Commentar. de *Fatis Lat. linguæ, in Germ.* P. I, p. 295. *Aeſticampianum* certe tum, quum *Academia Francof.* inaugurararetur, an. cIↄ Iↄ vI, *Publ. Vigilantii in hac Collegam fuiſſe, familiariſſime iunctum; qui cum Auſoniis ingeniis de eloquentia carmine orationeque ſoluta contendere potuerit*, teſtis eſt ipſe *Vigilantius*, in citanda mox *Hiſtoria Inaugurationis Vniu. Francof.* p. 4, 10.

(q) prodidit id præter alios *M. Guolphg. Iuſtus, Fran-*

cophor-

Quum in *recentiſſima*, eaque *emendata*, nec non, vt in aliis, ſic in eo etiam, quod de *Hutteno* agit, capite, aucta *cl. Balii Dictionarii editione cl. Morerius* erroris etiamnum inſimuletur, quod in *Lexico* ſuo ſtatuerit,

cophordianus, in *Deſcriptione omnium Academiar. Francophor. ad Viadr.* an. 1554, 8, ed. H, 4 b: vbi videlicet *Francoph. Academiæ incrementa* copioſe deſcribuntur. *Aeſticampianus* & heic inter illos refertur *Poetas*, quos Academia initio ſtatim oſtentarit. *Cyr. Spangenbergius* etiam T. II, p. 140, b *Spec. Nobilit.* ſ. *Adelſpiegel* adfirmat, *doctrina excellentiſſimum Huttenum an.* cIↄ Iↄ ℔I *Francofurti ad Viadr. primum in Philoſophia gradum accepiſſe, quum annos tantum habuerit duodeuiginti.* Alterutrum ſecutus videtur *Herman. Kirchnerus*; vtpote qui in *Oratione*, quam *de Illuſtriſſimæ Familiæ Ducibus & Principibus, de Comitibus, Baronibus, Nobilibus, in Academiis, ſuperioribus ſæculis, Magiſtris ac Doctoribus promotis, Marpurgi* an. 1606 hab. p. m. 91 Volum. II Orat. adſeuerat, *Vlr. Huttenum inter eos, qui omnium primi primum promotionis Actum in recente Academia Francofurtenſi, celebrarint, honorem Magiſterii ſuſcepiſſe, Equitemque poſtea auratum factum, lauream poeticam a Maximiliano Imp. impetraſſe.* Error itaque eſt in Tab. CLXVII Geneal. Op. Humbracht: vbi *Huttenus XVI ætatis ſuæ anno Magiſtri Philoſoph. inſignibus decoratus* dicitur. Nam ſi an. cIↄ CCCC LXXXVIII natus eſt, vt eſt, ſequitur, vt ſexto inſequentis ſæculi anno XVIII habuerit annos. *Coloniæ* eum prius, quam Francofurtum abierit, gradum Phil. accepiſſe, nusquam ſaltem legi.

tuerit, *Huttenum eodem iſto duodeuiceſimo ætatis ſuæ anno carmina edere cœpiſſe:* licet & in priore Commentarii huius Parte (r), & in Analectis ad eamdem hanc Partem (s) iam oſtenderim, iniuria omnino *cl. Moreſium* erroris hac in re coargui, & *Huttenum merito ſuo a cel. Wolfio in præcocium eruditorum numerum relatum eſſe* (ſ): facere tamen non queo, quin integrum illum fecundi ingenii, quo diſertiſſimus noſter Eques excelluit, fetum adferam, quem duodeviceſimo ætatis ſuæ anno edidit, & qui, quantum ego quidem adhuc noui, omnium primus eſt, qui cum poſteritate typis eſt communicatus (ſſ).

Marchia

(r) p. 72, (r). (s) p. 3 (e).

(ſ) *clariſſimus* igitur *Godofr. VVagnerus*, vbi in præfatione, *Vrb. Regii Poemat. Iuuenilib.* præmiſſa, illos laudauit, *qui, primis ſtatim vitæ annis, in Re Poetica tantas fecerunt progreſſiones, vt Carmina ſua non ſine laude potuerint euulgare*, & *Vlr. Huttenum* noſtrum memorare liquido potuiſſet.

(ſſ) Adiectus is eſt *Publii Vigilantii Bacillarii Axungiæ Franckophordianæ Vrbis ad Oderam, & Gymnaſii litterarii Introductionis Ceremoniarumque obſeruatarum, Deſcriptioni;* quæ primum an. M D VII Idib. Febr. in *Vrbe Franckophordiana ad Oderam* in officina *honorandi viri Conr. Baumgardt, Rottenburgii*, exarata prodiit. integra a *cl. Becmanno Notitia Vniverſitatis*

Marchia tantigrado terra interiecta Boota
Gargareum ſuperat fertilitate ſolum.
Cuius in autumno cum pinguibus incola botris
Poma ſub æſtate præmia meſſis habet.

Verſitatis Francoſ. Auctario, & quidem primo loco, eſt inſerta, *Hutteni Carmine* p. 19 adnexo. Cur hic in Carminis inſcriptione *Phagigenam*, & *Io. Rhagii Aeſticampiani diſcipulum* ſe adpellarit, itemque, quis *Rhagii* huius *Vitam* commentatus ſit, in Anal. ad P. I, cit. modo p. 2, & 3 in not. oſtendi. Illum tamen, qui *Rhagii Vitam* commentatus eſt, fugit omnino, hunc *Francofurti bonas litteras docuiſſe*. At eum docuiſſe bas ibi, paullo ante in nota (p) ipſum *Vigilantium* grauiſſimum produxi teſtem. Ad *Publ. Vigilantium hunc, Argentoratenſem*, qui modo *Axungia*, modo *Arbillæ* cognomine gauiſus eſt, quod attinet: *primus* is *in Academ. Francoſ. Eloquentiæ* fuit *Profeſſor*, & quidem tam facundus, vt *Eitelw. de Lapide*, prudentiſſimus ille ingeniorum exiſtimator, id quod ipſe *Huttenus* noſter in epiſtola de morte huius ad *Iac. Fuchs* ſcr. C. 2, a, adfirmat, *Germanorum diſertiſſimum* vocare conſueuerit; negans, *ſatis ſe vmquam audiuiſſe Vigilantium, quamuis ſæpe eum audiuerit.* Quum iterum in Italiam tenderet *Vigilantius* hic, Græcas inde litteras in Academiam translaturus, an. cIↄ Iↄ XII inter vrbem *VVimpinam* & *Arcem Rauenſpurgum* a latronibus telo transiectus periit. *Vita* eius in cit. *Notit. Vniuerſ. Francoſ.* cap. VII, p. 233 ſeqq. legitur. Strictim admodum *Vita* huius Viri, vna cum *Effigie* ipſius præfixa etiam eſt *Bellicis Progymnaſmatibus, a Ioachimo I*

Vix ſentit piceis Borealia frigora tædis,
Tempore fœtura veris abundat apum.
Adde boum cultus, hic quorum copia tanta eſt,
Quanta ſub Ionio fertur arena mari.
Sunt & equi celeres, natique ad pondus aſelli.
Quærit ad innumeras gramina paſtor oues.
Vt tamen hæc taceas, lætam vagus Odera terram
Diluit, & varias piſcibus auget opes.
Quis non tam Tanais, nec abundat flauus Orontes,
Nec Phrygius Xanthus, Romuleusque Tibris.
Piſcibus Eridanum vincit, celeremque Caiſtrum,
Quique ſuis agitat fulua metalla vadis.
Multus ab Odricola defertur Carpio gente,
Et craſſus Polypus, cæruleusque lupus.
Sunt quoque mutatæ peregrino ſidere merces,
Quas opulentus Arabs, India ſiue dedit.
Egregias vrbes atque altas posſidet arces,
Templaque cælicolas quæ decuiſſe putes.
Hic IOACHIM Princeps, ſceptri ſucceſſor auiti,
Tale ſua ne non in regione foret:
Gymnaſio ſolidas erexit ad aſtra columnas,
Qua Francphordiacæ cernitur Vrbis opus.
Ingenuas

March. & El. Brandenb. Rupini celebratis: vtpote quæ *Io. Schragius* lingua Germanica deſcripſit, *Vigilantius* vero eodem, quo periit, anno in Latinam tranſtulit; illuſtris vero *Iac. Paulus Gundlingius* in lucem denuo edi curauit, *Berol.* an. 1719, 12.

Ingenuas artes dedit huc, Sophicasque cateruas,
Hic ſua qui doceant carmina Phœbus habet.
O benè! diuitiis adduntur Pallados artes,
Hæc bona ſunt terræ diuitiora ſuæ.
Terra ferax frugum fœcundas concipit artes,
Iuncta eſt Panchæis Cecropis ora locis.
Cetera quo melius noſcas, hunc volue libellum,
Lector: vt & tellus nota ſit illa tibi.
Hæc te Marchiticas ducant monumenta per oras:
Sic tibi, qui latuit, cognitus orbis erit.
Inuenies illic, quæ te legiſſe iuuabit.
Dum non quam relegas læſeris illa prius.
Si tamen hoc quædam fuerint errata libello,
Parce, mora celeri condidit auctor opus.

IX Sæculi XVI anno in *Italia* verſatum eſſe Huttenum, P. I expoſui (ſt). Eodem anno redux inde factus, in *Pomeraniam* vsque perrexit (t): vbi cum morbo illo,

(ſt) p. 69, ſequ. *Octauo iam Sæculi anno in Italiam eum abiiſſe, Lexicon Hiſtor.* adfirmat; cuius itineris ſumptus vt ferre poſſet, *Albertum Archiep. Mog.* CC *ducatos iam tum ei donaſſe,* addit.

(t) vt in eodem hoc *Lexico* narratur. Facilius, qui hæc legerit, *verboſam* illam *epiſtolam* intelliget, quam *Crotus Rubianus* ad *Huttenum,* cui amiciſſimus erat, *anno Sæculi vndecimo ineunte* ſcripſit; & quam *Monumentorum Pietatis & Litterar. Francof.* an.

illo, quo in Italia laborare iam cœperat (tt), grauiter eſt conflictatus: cui quum quartana acceſſiſſet febris, ſummam denique paupertatem plurimaque incommoda eſt perpeſſus. Hæc licet *Gripswaldenſis conſul*, *Wedegus Losſius*, aliquamdiu mitigauerit eo, quod & hoſpitio illum exceperat, & pecuniæ aliquid ei ſubminiſtrauerat: tantum tamen abfuit, vt Hutteni cauſſa velle perſeuerarit, vt crudeliter tandem hunc tractarit: quandoquidem, quum noſter, inhumani hoſpitis ſui mores fugiens, menſe Nouembri *Roſtochium* pedes peteret, hic ſeruos ſuos miſit, qui noſtrum perſequerentur, omnibusque, quæ ſecum haberet, ſpoliarent. Quod quum non procul *Gripswaldia* factum eſſet, nudus *Roſtochium* venit. Meliori heic & propitia magis vſus eſt fortuna:

an. 1701, 4, edit. P. II, p. 3 ſeqq. reperiri, P. I, p. 78, indicaui. Multa enim iam ibi ex epiſtola hac protuli. Quum nec *Cognatorum quisquam*, nec ipſe *Crotus* ſciuiſſet anno CIↃ IↃ x, *quibus oris terrarum Huttenus ſuus iactaretur, ſe tamen binas verboſiſſimas litteras, vel Commentarios potius, ad hunc perferendos dediſſe*, adfirmat *Crotus*, quibus ipſi *Parentis voluntatem prodiderit*, ne ſaluti eius videretur defuturus.

(tt) de quo egi P. I, p. 71 (o).

tuna: quum enim ſcholas aperuerat, meliorum litterarum cupidi frequentes has adierunt. Ne autem *Loſſii crudelitatem*, quam contra ſe exercuerat, inultam noſter pateretur, *acrioribus* inuectus in hanc eſt *Carminibus* (u). Quum *Roſtochio* cIↄ Iↄ x *Brunſuigam* (v) abierat, hinc *Francofurtum ad Mœnum*, & denique vergente anno *Wittebergam* ſeſe contulit.

In Academia hac *Huttenum Verſificatoriam Artem* ſuam apud *Phacchum, hoſpitem*, elaboraſſe, quæ, *Ioanni & Alexandro de Oſthen, ex Equeſtri familia* (x) *ortis Adoleſcentibus*,

(u) quæ edita eſſe, citatum modo *Lexicon* confirmat. *Loſſius* forſitan inſcripta ea prodierunt. *Ex Loſſii* certe *lectione, dono ſibi a quopiam miſſi, cognoviſſe ſe, ſub quo cælo verſaretur tum Huttenus ſuus, Crotus Rubianus*, cit. ep. faſſus eſt.

(v) in *vrbe Brunonis ſpoliatum viuere Vlrichum*, rumor antea ad cognatos atque amicos perlatus fuerat, quam certiores facti ſunt, *Roſtochii* eum commorari, bonas artes tradentem.

(x) de *antiquiſſima* hac *Familia Pomeran*. vid. *Lexicon Hiſtor. & Luneb. Mushardi Bremiſch- v. Verdiſchen Ritter-Saal*, p. 417. *Ioannes de Oſthen* anno adhuc cIↄ Iↄ xvIII. in *VVittebergenſi Academia* commoratus videtur: *IO. de OS: Pomeranus Eques* primæ ſaltem editioni *Phil. Melanchthonis Sermonis, habiti apud Iuuentutem Academiæ VVittemberg. de Corrigendis*

ſcentibus, inſcripta, *Lipſiæ* prodierit, ineunte anno CIↃ IↃ XI, P. I, indicaui (y). Qui Libellus quanto exceptus ſit adplauſu, *quam plurimæ* eius teſtantur *editiones* (z). *Phil.*

gendis Adoleſcentiæ Studiis, quæ ipſo illo anno ſeorſim prodiit, elegantiſſima hæc præmiſit Diſticha; in ſequentibus editionibus omiſſa: quæ ſatis declarant, vere Equitem hunc ab *Hutteno* eſſe laudatum, & merito inter eos relatum, qui ſibi famam & decus nominis apud poſteritatem comparare potuerint:

Quisquis es, hoc vanas populo qui ſuſcipis artes,
Et ſequeris longa res ſine fruge mora,
Flecte ratem, mediis male cautus mergeris vndis:
Emicat ante oculos perfida Leda tuos.
Adproperas Scyllæ vaſtæ adproperasque Charybdi,
Imprudens rabidis deperiturus aquis.
Barbarico deflecte ſinu, pete mitius æquor,
Fac, tua ſtet tutis anchora iacta vadis.
Flecte ratem, puppisque nouum proræque magiſtrum
Quære tibi, melius qui ſciat artis opus.
Quære ducem, placidis qui det tua lintea ventis,
Ad tutos portus qui tua tranſtra vehat.

(y) p. 73, ſeq. *Epiſtola*, qua Libellum *generoſis* iſtis *Adoleſcentibus* nuncupauit auctor, inſerta. Hos forſitan in *Pomerania* priore anno cognouit: *iucundiſſima certe ipſorum conſuetudine ſe inuitatum iſtuc eſſe*, confitetur.

(z) quas P. I, p. 72 (q), & in Analectis ad P. I, p. 4 enumeraui. *Christoph. Hegendorffinus*, quem anno iam

Phil. Engelbrechtus, *Hutteni coniuratus* (a), eum luculento hoc *Epigrammate*, priori editioni præfixo, commendauit:

Nobilis Eoo petitur Smaragdus ab orbe,
Et magno exiguus venditur ære lapis.
Exilis Phario reperitur in æquore gemma,
Et pretium modico corpore grande facit.
Sic Liber Hutteni *fuluo pretioſior auro,*
Archetypis laudem vindicat iſte nouis:
Qui tibi dat breuibus tornatos edere verſus,
Et ſtruere ad dulcem carmina docta Chelim.
Quare age, fac habeas operoſo hunc Marte libellum,
Inque ſinus condas interiora tui.

Nam

iam cIↄIↄXVIII, 4, Libellum iſtum, *Stichologiam* inſcr. ac *Eob. Heſſo* dedic. edidiſſe, & *Hutteni laudes* variis ſimul rationibus celebraſſe, in Anal. commemoraui, hunc in epiſtola, qua inſequenti anno *Henr. Auerpachio Med. Encomium Somni* ab ſe conſcriptum nuncupauit, *virum* adpellauit *incomparabilem* ac *mellitiſſimum*. Eumdem *Hutteni Libellum* ab exteris etiam tanti eſſe æſtimatum, vt *Robertus Stephanus* typis ſuis exſcriptum eum denuo emiſerit, a me ibi iam oſtenſum eſt: *Pariſiis* itidem non ita multo poſt *Chriſtiani VVecheli* quoque *litteris* illum excuſum eſſe, ex *cel. Mich. Maittaire Annal. Typograph*. T. II, P. 2, p 413, 423, didici.

(a) qualem ſe palam profeſſus eſt; *Engentinus* fuit natione. conf. de eo *Conr. Geſneri Bibliotheca*, & *Ge. Matth. Kœnigii Biblioth. V. & N.*

Nam ſi magna licet paruis componere rebus;
Non minor Attalicis eſt liber hic opibus.

Non minus elegans eſt illud *Epigramma*, quo *Ioannes Lauterbachius* (b) *Hutteni Verſificatoriam Artem* collaudauit:

Qui cupis vtiliter doctos cognoſcere vates,
Certaque legitimo iungere verba pede:
Ne velut alter eas incertus Icarus alis,
Ne ſimili pereas cum Phaethonte modo:
Huc ades, & ſtudio vigili perdiſce libellum,
Nobilis Hutteni *quem tibi Muſa dedit.*
Quænam ſeruandæ veniant in carmine leges,
Hutteno *breuius nemo Poeta docet.*

Witteberga eodem anno cIↃ IↃ XI, quo ineunte *Verſificatoriam Artem* foras dederat, *Viennam* veniſſe Huttenum, in Analectis (c), ex *Ioachimi Vadiani* ad *Georgium Collimitium, Mathematicum & Medicum*, *epiſtola*, quam integram iis inſerui, comprobaui. In hac enim epiſtola, *Viennæ II Idus Ianuarias an. cIↃ IↃ XII ſcripta*, memorat *Vadianus*, *Huttenum* prioribus menſibus ad ſe & amicos, tamquam *Vlyſſem terris iactatum*,

(b) de quo videatur ſupra pag. 3 (i). hoc eius *Epigramma* ex *Aegidii Periandri Germania*, vbi p. 839 legitur, deſumpſi.

(c) p. 8.

tum, veniſſe: qui prima ſtatim nocte narrauerit, quam *peregrinatio* ſua, *experiendi gratia inſtituta*, *ærumnis* fuerit *referta*, quamque in *Germanico* etiam *Oceano*, quem attigerit, *Scyllæ rabiem* expertus, ad proxima litora in *Cyclopum* manus inciderit; qui, quum amicos hos primum habuerit, & deinde, vrgente fato, ipſe iter alio inſtituiſſet, furore correpti, præter vitam omnia ſibi eripuerint. Hanc ipſam petitam ab iſtis eſſe, cicatrices, quas, quum cubitum itum eſſet, oſtenderit, ſatis atteſtatas eſſe, confirmat *Vadianus*. Si hic memoraſſet, eueniſſe talia Hutteno, quum *Balticum* attigiſſet *mare*, dubitandi forſitan locus non eſſet, quin per *Scyllæ rabiem*, & *Cyclopum manus*, *Loſſii*, *Gripswaldenſis Conſulis*, *crudelitatem*, *familiæque eius furorem* intellexerit: quandoquidem noſtrum benigne initio ab eo exceptum, at crudeliter deinceps tractatum eſſe, ſupra cognouimus (d). Sed tamen vel ne ſic quidem fere eſt, quod dubitem, quin *Loſſii crudelitas* indicetur. præſertim quum *Vadianus* addiderit, narrauiſſe porro Huttenum, ſe circa ea loca a *Calypſo* quodam exceptum,

(d) p. 28.

ceptum, fotum, curatumque eſſe ſumma cum diligentia. Nam *Roſtochii*, vt itidem intelleximus, benigniori tunc vſus eſt fortuna. Quomodocunque res ſeſe habeat, Huttenum ab eo ſaltem tempore, quo *Wittebergam* reliquerit, *Germanicum* etiam *mare* attigiſſe, in quo rabiem iſtiusmodi ſit expertus, vt credam, adduci non queo. Calamitatem potius, quam ad *Balticum mare* (e) ſubierit, intelligendam, cenſeo. licet adfirmet *Vadianus, Huttenum pannoſum & naufragio ſqualentem* adhuc tum *in Moraviam* paullo ante *veniſſe,* quam *Viennam* ſit delatus. Hunc videlicet, *Mercurio ſuo inſtigatum, per ſaltuoſa Boemiæ loca caſu in fertiliſſimam Morauiam prius veniſſe,* commemorat *Vadianus:* vbi a *Stanislao Turzone, Epiſcopo Olmucenſi* (f), quam liberaliſſime ſit exce-

(e) *mari iactatum ſe eſſe,* ipſe in *Epitaphio* illo, quod anno inſequenti CIↃ IↃ XII ſibi conſcripſit, & quod P. I, p. 83 protuli, meminit: cuius primus verſus eſt:

> *Qui miſere natus miſerabile tranſiit æuum,*
> *Sæpe malum terra, ſæpeque paſſus aqua.*

(f) hic *ſummus* ille *Mæcenas* eſt, qui & *Caſp. Vrſinum Velium,* excellentiſſimum illum *Poetam* ac *Oratorem,* atque *Eraſmum Roterodamum,* tot cumulauit beneficiis. quorum ille *alterum Siluarum ſuarum Librum*

exceptus. cui quam gratus Hutteni fuerit aduentus, ipſum non *alacri* modo *ſonipede*, quem dono huic dederit, ſed *largo* etiam *admodum viatico*, declaraſſe. Nec *Auguſtinum Præpoſitum* ſingulari noſtrum beneuolentia complecti ibi intermiſiſſe, addit; qui *annulum aureum cum inſigni gemma* ei donauerit.

Anno cIↃIↃXII *iterum in Italiam abiiſſe Huttenum*, P. I (ff) a me oſtenſum eſt. qui

C 2 quum,

Librum ei inſcripſit: in quo occurrit *Præludium Thurzeidos*: quod, e *Bauaris* in patriam rediens, apud Mæcenatem hunc ſuum reliquerat, ceu *hoſpitalitatis teſſeram,& gratæ mentis teſtem*: itemque *Conſolatio ob Fratris huius, Ioannis Turzonis, Vratislau. Epiſcopi, immaturum diſceſſum. Eraſmus* vero *C. Plinii Hiſtoriam Naturalem* & alia ſcripta luculentisſimis ei nuncupauit epiſtolis: quippe quem *Antiſtitem, non ſolum maiorum imaginibus, verum etiam Chriſti dotibus*, *inſignem* veneratus eſt. Vid. Epiſtolæ, quas *Eraſmus* ad ipſum, & ipſe ad *Eraſmum* ſcripſit, mutui amoris ac obſeruantiæ pleniſſimæ. De *illuſtriſſima Familia*, ex qua tantus Mæcenas ortus eſt, & quæ ſummos alios oſtentauit Viros, *Comitum titulis* inſignes, conf. *Lexicon Hiſtor. Vniuerſ.* Memoratus *Stanislai Frater Ioannes, Vratislau. Epiſcopus*, a *Dan. Chytræo* in *Saxonia* p. 132, *vir bonus* laudatur, *mitis, litteratus, & litteratorum Mæcenas*; vbi & *reliqui Stanislai Fratres* memorantur.

(ff) p. 82.

quum, Parentis ſui voluntati ſatisfacturus, *Papiæ Inſubrorum ex inſtituto legibus operam dare tum cœperit:* eum, cum Parente in gratiam rediturum, voluntatemque huius adcuratius paullo exquiſiturum, Patrios prius Lares, quam Italiam petierit, *Croti* ſui ſuaſu adiiſſe, conieci. *Iocoſum* etiam *Carmen* ſuum, quod *Nemo* ab ipſo inſcriptum eſt, edidiſſe eum prius, quam in Italiam ſe receperit, vt credam, multa ſunt, quæ faciunt (g). *Priorem* iſtum puto

(g) quum auctor anno cIɔ Iɔ xviii, ix Kal. Sept. ad *Iulium Pflugk* ſcripſerit, (quæ epiſtola *poſteriori Nemini* ſubiuncta eſt), *Neminem ſuum reuixiſſe*, aliam editionem præceſſiſſe, P. I, p. 125 n. (*), collegeram. accedebat, quod *Huttenus*, anno cIɔ Iɔ xvi ad *Eraſmum* ſcribens (ep. 86, *Append. edit. Leid.*) *editi iam ab ſe Neminis* mentionem fecerat; & ipſe *Eraſmus*, an. cIɔ Iɔ xviii d. xviii Maii, *Thomæ Cardinali* adfirmauerat, *pridem luſiſſe Huttenum Librum, cui titulus Nemo.* Quo anno *prior iſte Nemo* prodierit, definire tum non poteram. Iam vero exploratum habeo, *hunc anno iam cIɔ Iɔ xiii* (non autem cIɔ Iɔ cxiii, vt P. I, p. 126, (g), antequam ipſum Libellum euoluere mihi contigit, indicaui,) *ſexto Nonas Apriles ex officina litteraria induſtrii viri probatique opificis, Theodorici de Borne, prodiiſſe* in 4. qui typographicam artem *Dauentriæ* exercuit, vid. *cel. Mich. Maittaire Annal. Typogr.* T. II, P. I, p. 147; *Nonnul-*

puto *Neminem*, qui *a poſteriori diuerſus eſt:* ſiquidem ille XLVIII tantum, hic LXXVIII complectitur diſticha. Quum iuuenilia etiam ſummorum ingeniorum monimenta laude ſua defraudari non ſoleant; & *prior* ille *Nemo* iure meritoque inter illa referri mereatur monimenta,

Nonnullis Ant. Tunnicii, Monaſterienſis, Carminibus, Ioannis Reuchlini, Phorcenſis, Iuris doctoris, atque trium Linguarum, Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ, viri doctiſſimi, Comœdiæ, cui titulus Scenica Progymnaſmata, in editione hac *Dauentrienſi prior Nemo* eſt ſubiectus. Non tamen omnium primam editionem hanc eſſe, inde coniicio, quod auctor *Eraſmo* confirmarit ſimul in citata modo epiſtola, *ſe in præmiſſa Nemini ſuo præfatione ipſius ita, vt decuerit, honorifice meminiſſe;* huic vero editioni nulla, ab Hutteno conſcripta, acceſſerit præfatio. Satis interim habere ego poſſe mihi videor, quod certe ſciam, *Hutteni Neminem exſtare, a poſteriori, qui anno* cIↃIↃxviii *Auguſtæ Vindel. reuixerit, diuerſum plane.* Hoc *celeberrimus Herm. von der Hardt*, & litteris beneuole ad me datis, & in *Hiſtoria litteraria Reformationis*, cui integrum *Neminem poſteriorem* præmiſiſſe eum, in Analectis ad P. I, p. 14 indicaui, me edocuit; ipſo Libello, pro inſigni ſuo in me fauore, mecum communicato. Quando igitur *prior Nemo* menſe Aprili an. cIↃIↃxIII iterum prodiit, conſequens erit, vt primum foras is datus ſit, priusquam in Italiam auctor anno cIↃIↃxII abiit.

quæ primo ætatis flore conſcripta & viri natu grandes ſint admirati: ab interitu vindicandum illum hic decreui. Enimvero contigit, vt *tredecim diuerſas poſterioris Neminis editiones* prius conſpexerim, quam in *priorem* incidi *Neminem* (h). quo quidem certe vtroque collato, quam egregias auctor ſex annorum ſpatio in arte Poetica fecerit progreſſiones, liquido poterit iudicari. *Peruerſa* de reliquo, *iniqua* ſaltem, *de Hutteni noſtri ſtudiis a popularibus lata iudicia* Carminis huius conficiendi occaſionem ſubminiſtraſſe ei, videntur. Pater certe, vt P. I monſtraui, (i), filium, antequam in Italiam iterum hic profectus eſt, damnauit, ſtudiumque eius tanto habuit ludibrio, vt vix vnius eum haberet aſſis (k): qui & ceteroquin maxime iam tum expertum ſe eſſe, conqueſtus eſt (l), *quid*

(h) qui nec illi cognitus fuit, qui in *Lexico Hiſtorico Vniuerſali Vitam Hutteni* commentatus eſt.

(i) p. 81. (k) vid. ſupra citata *Croti ad Huttenum epiſtola.*

(l) in epiſtola illa, qua *poſteriorem Neminem Croto Rubiano* dedicauit, eaque verboſa admodum. Si adhuc dubitaret hic, *quid Nihil hoc vellet, priora vt reuolueret,* petiit; *quædam, vt contigerint, in memoriam reuocans:* quandoquidem periculum ſecum fecerit

quid mererentur in Germania, qui optima ſtudia ſtudioſiſſime ſectari decreuiſſent. nempe vt nihil didiciſſe, & ipſi homines nihili dicerentur propalam. Se quidem non aliter tractatum eo nomine eſſe, grauiter deinceps conqueſtus eſt (ll), *ac ſi fuiſſet decoctor filius, qui ad porcorum haras, & comiſſandas ſiliquas debuerit relegari. Prior* itaque *Nemo* hic eſt.

Quiſquis ades, ſpeculare nouos in imagine vultus,
Ne rigida pictos accipe fronte, Iacob.
Sed qua læta probis trahimus conuiuia menſis,
Quoque decet vultu res variare graues.
Hoc homini natura dedit, grauitate fruamur:
Sed tamen & fines res habet iſta ſuos.
Et quandoque leues veniunt poſt ſeria riſus,
Ne ſemper duros nos iuuet eſſe minus.
Quæris, (vt iſta loquor) quis ſim? quæ vita? quis auſus?
Hæc volui, Lector, plana fuiſſe tibi:
Sum Nemo. viuam, nec ne, cui dicere promptum eſt?
Non etiam certum eſt hoc mihi: viuo tamen.

fecerit *Crotus, quid mererentur optimorum ſtudiorum ſtudioſi.*

(ll) in eadem hac ad *Crotum Rubianum* epiſtola.

Nemo agitat vitam. Sed enim quis credere poſſit,
Si viuo, non eſt vita, quod alter agit.
Ille ego ſum Nemo, de quo ſacra littera dicit;
Ipſe ſibi vitæ munera Nemo dedit.
Nemo fuit ſemper. Nemo iſto tempore vixit,
Quo male diſpoſitum Dii ſecuere chaos.
Omnia Nemo poteſt. Nemo ſapit omnia per ſe.
Nemo manet ſemper. crimine Nemo caret.
Nemo animum nouit Domini, ſenſusque latentes.
Nemo quod eſt, quod erat, Nemo futura tenet.
Nemo in amore ſapit. Nemo eſt in amore fidelis.
Nemo aliis, ſibi quam, fidior eſſe ſolet.
Nemo vagas numerat ſtellas. Ipſo ordine nouit.
Nemo, quid in terra, quidque feratur aqua.
Nemo poteſt Dominis ſimul inſeruire duobus.
Nemo poteſt vultus ſemper habere pares.
Nemo maris guttas numerumque recenſet arenæ.
Nemo dat æſtiuis nomina pulueribus.
Nemo poteſt etiam infectum reddere factum.
Nemo poteſt lapſos huc reuocare dies.
§ Hæc ego quum teneam: quum ſim ſuper omnia ſolus:
Multa tamen de me non bene vulgus agit.
Vrget continuo me turba domeſtica bello;
Vt caua ſummotis terra feritur aquis.
Ecce infracta iacent heſterno vaſa tumultu,
Olla, lebes, patinæ, vitreolusque calix.

Et

Et varia ſignis phialæ, Samiique cululli,
Et carum abſentis cupula munus heri.
Oenophorumque capax, & adunca cantharus anſa,
Sympiniumque ingens; Herculeusque ſcyphus.
Fracta iacet lampas, iacet vnguentaria pyxis,
Quæque leuis gelidas vrna miniſtrat aquas.
Suſtulit hæc etiam fragiles inſania teſtas.
At cocus ad ſolidum læſit ahena focum:
Læſit & euerſos tripodas, tenuesque quadrantes:
Neglectusque ſuo follis in igne iacet.
Dimiſſumque alibi piſtillum, abacique reuulſi,
Et relocanda ſuis ſtannea vaſa locis.
Et quærenda diu fractis cochlearia thecis:
Fuſcinaque & cæca danda lucerna via.
Decidit excuſſa ferrata ſagitta pharetra:
Et ſtant ante ſuum vina refuſa cadum.
Hinc cacabi, tinæque graues, & aquatilis obba:
Illinc Hetruſco ſeria amata Numæ.
Rupta caniſtra iacent. iacet amphora, nec tenet apte
Puluerulenta ſuos bibliotheca libros.
Ebria ſecuros domini petulantia ſeruos
Multa facit vacua damna referre domo:
Quos petulans inter neglecto ancilla labore
Nonnihil in rerum perditione facit.

Ipſa penum ſtruit & patinas inducit opimas:
Quæque ſibi ſollers vina reſeruat herus.
Quæ dehinc promit tepido frigenda butyro,
Arte cibi varium docta parare genus.
Quærit in abſtruſis tucetum nobile cellis,
Craſſaque vicino ſumina toſta foco.
Hic bibitur totas menſura æquante lagenas;
Lætaturque operis neſcia turba ſui.
Et varia exercet ſub multam gaudia noctem,
Gaudia, non vna pernicioſa modo.
Multa refringuntur titubanti cum pede ſeruus
Poſt epulas & poſt pocula ſtrata petit.
Miſit in oblatum titubantia membra caminum:
Nec cubitum inſtantis preſſa feneſtra tulit.
Semirecluſa canis ſubiit cellaria; & illic,
Quod ſupereſt, rapido deuorat ore cibi.
Hæc quoque neglecto venit fortuna caniſtro;
Et quæ præterea diruta multa iacent.
Ipſe domum tandem rediens herus anxius ambit,
Et cupit in damnis ſingula noſſe ſuis.
Dum quærit: dum noſſe cupit: Nemo omnia fecit:
Efficiorque omnis criminis auctor ego.
Criminis auctor ego. ſed enim nec lumine fungor.
Pendet & occluſis ſera repoſta labris.
Nil manibus, nil aure gero. manuumque pedumq;
Impediunt vetitas pendula vincla vices.

Quod

Quod ſi Nemo vocor. nec ſum qui viuere poſſum,
Quique nihil valeam, fingere quique loqui.
Aut ſi quid viuo; qui nil faciamque loquarque?
Quid queritur noſtras impia turba manus?
At tu, cui tua res, cui turba domeſtica curæ eſt,
Si ſapis, ad monitus pectora verte meos.
Inſpice, quos foueas, quid quisquam faxit in illis;
Sæpe potes tantis liber abire malis.

§ *Eiusdem Epigramma* (m) *ad* Fabium Zonarium, Chryſopolitam (n), *ſtudioſiſſimum Adoleſcentem.*

Ardet & Aonidas ſequitur Zonarius *vndas*
Iamque bonis operam ponit in ingeniis.
Nemo eſt impigrior: nemo eſt ſtudioſior illo;
Dum conſors ſacri nititur eſſe chori.
Pone metum, iuuenis, nec te labor ille fatiget,
Forte aliquid patriæ laudis it inde tuæ.
Et potes obſcuros fama illuſtrare parentes,
Et tibi venturo tempore nomen erit.

Quod

(m) quod in *Dauentrienſi editione Nemini* itidem eſt ſubiectum; in *poſteriori Nemine*, itemque in *Epigrammatum Libello*, & *Operib. Poet.* omiſſum.

(n) idem forſitan *Zonarius* eſt, cuius *Crotus Rubianus* in ſua ad *Huttenum* epiſtola, ſæpius ſupra a me citata, crebram iniecit mentionem; & quem quispiam tum non ſatis perite, *Croti* opinione, *Cinxium* nominauit.

Quod *Epigrammata* ſua tum, quum iterum in Italiam abiiſſet, *inſcio ſe corrupta ſatis diuulgata eſſent, ægre tuliſſe Huttenum*, P. I (o) pluribus verbis oſtendi. *Ioachimum Vadianum* fuiſſe, qui typis exſcribenda illa curauerit, ex epiſtola ipſius coniicere me, in Analectis ad P. I (p) iam adfirmaui: qua anno cIↃ IↃ XII *Hutteni Carmina nonnulla Georgio Collimitio, Mathematico & Medico*, dedicauit; & quæ *locupletiori Hutteni Carminum editioni, XII figuris, ad argumenta adcommodatis, ornata* (q), denuo deinceps acceſſit, atque integra a me Analectis iſtis eſt inſerta; ſupra iam a me citata. Nec *primam* quidem illam *Vadiani*, nec eam, quam *Huttenus* ipſe *correctiorem* foras dedit, *Epigrammatum editionem* inſpicere adhuc licuit. Hanc prodiiſſe anno cIↃ IↃ XIV, quo ex Italia in Germaniam reuerſus eſt, inde etiamnum colligo, quod in epiſtola, qua ipſa iſta *Epigrammata* ſua *Maximiliano Imp.* nuncupauit, memoret, *quinque circiter menſibus ante accidiſſe, vt, militibus, qui Veronæ in præſidio fuerint, & qui Brixiam defen-*

(o) p. 85. (p) 8.

(q) *Auguſtæ Vindel. in officina excuſ. Ioannis Miller IIII nonas Ianuar. M. D. XIX* impr. 4.

defenderint, Venetorum pecunia ſtipendium adnumerari, viderint (r). Facere de reliquo non poſſum, quin *Iulii II Lig. Pont. Max. Epitaphium*, cuius *Huttenus* noſter auctor eſt, quia in *locupletiſſima* ceteroquin *Francofurtana editione* (s) omiſſum eſt, ex *Auguſtana editione* proferam:

Hoc tegitur tumulo paſtor lupus, *ille, ſolebat*
Vendere qui bullas, *ipſeque* bulla *fuit.*

Omnia ferme *Hutteni Carmina* in P. III *Deliciar. Poetar. Germ.* reperiri, luculentisſimis tamen Hutteni præfationibus omisſis, in Analectis ad P. I (ſ) iam monui. in præſenti indicandum etiam cenſeo, multa *Epigrammata*, quæ præſertim *in Iulium II Pont. Max.* & *de Statu Romano* ab *Hutteno* conſcripta ſunt, reperiri in *T. I Paſquillorum* (ſſ). Quum certa habeatur laus, quæ

(r) id anno cIↄ Iↄ XIII eueniſſe, *Franc. Guicciardinus, Hiſtoriar. ſui temporis* lib. XI, p. m. 72, & alii, planius nos edocent.

(s) quæ prodiit an. 1538, 8.

(ſ) p. 7, in not.

(ſſ) vtpote qui varia variorum *Carmina* ac *Rhythmos*, alter vero *ingeniorum monimenta ſoluta oratione conſcripta*, continet. vterque prodiit *Eleutheropoli* M D XLIIII, 8, & perraro hodie inuenitur. Quænam ſcripta

quæ ab laudatis proficiſcatur viris: non poſſum, quin & hic, quoniam de *Hutteni Carminibus*, *coniunctim aliquoties editis*, ſermo eſt, *duorum Poetarum*, qui ipſi in perfecta olim vixerunt laude, *iudicia*, quæ *de Hutteni noſtri Carminibus* tulerunt, proferam: *Io. Boceri* puto, & *Pauli Meliſſi Schedii*, *Dani* (ſt), & *Germani* (t): quorum ille ita iudicauit (tt):

Tinctus

ſcripta *Hutteni Tomo II Paſquill.* contineantur, alio loco indicare haud intermittam. Legere de Libro hoc iuuat *Memoires de Litterature par M. de S*** T.* II, P. 2, Art. VIII. *Cœl. Secundus Curio* edidiſſe eum, ibi ſtatuitur; idque probabiliter admodum.

(ſt) cuius laudes *Io. Petr. Lotichius Biblioth. Poet.* P. IV, p. 50, ſtrictim eſt perſecutus.

(t) de hoc *præſtantiſſimo ætatis ſuæ Poeta Lyrico* vid. eiusd. *Lotichii Bibl. Poet.* P. III, p. 124, ſeqq. & in primis *Melch. Adami Vitæ Philoſophor. German.* p. m. 446. hic enim *Meliſſi Vitam*, ex funebri potiſſimum oratione a *Simone Stenio* hab. diligenter expoſuit. ſilentio vero præteriit, quod *Meliſſus*, ab anno 1559 vsque ad an. 1561, *Kœnigsbergæ in Franconia Cantoris munere ſit perfunctus*: vnde *ætati* ipſius orti fuerunt; quemadmodum ipſe in elegantiſſima, eaque verboſa, *Elegia*, qua *Montem Regium Franconiæ* adloquitur, p. 119 Schediaſm. teſtatus eſt. Docuit me hæc *plur. reuer. Io. VVerner Krauſe*, *Senior*, *Diaconus de Eccleſia Kœnigsberg. præclare promeritus*, Hiſtoriæ patriæ, quam ſummo ſtudio ab

ſe

Tinctus Eques ſacris etiam fortiſſimus vndis,
Quæ vatum largis hauſtibus ora rigant:
Magnanimos magno fudit de pectore verſus,
Huttenus *Francæ Nobilitatis honos.*
Viribus & magnis res & reſonantia munit
Verba, nec abſurdos concinit ille modos,
Et tumet & iuſta graue carmen ſuſcitat ira,
Ac ardor venæ, materiaque ſubeſt.

Meliſſus autem in verſibus illis, quibus *Italis, Gallis, Hiſpanis Poetis Schediaſmata* ſua (u) nuncupauit, *Huttenum* inter illos numeravit, qui cum ipſis in certamen poſſent deſcendere: de *Triumuiris* ſaltem cogitare eos iuſſit, ſcribens:

Francia Germanis celebres, tria Sidera, Vates,
Celtin, & Huttenum, Lotichium*que* (v) *tulit.*

Hutte-

ſe conſcriptam prelo paratam habet, inueſtigator ſollertiſſimus.

(tt) in quindecim paginarum *Epithalamio, Io. Schoffero Aemiliano* ſcripto: quod inter Carmina nuptialia, huic & Sponſæ ſcr. ipſius *Schofferi Poematib.* adiecta, primum obtinet locum p. 227, *edit. Vægelin.* Verſus iſti p. 234 leguntur.

(u) quæ recognita prodierunt *Lipſ.* 1625, 8.

(v) quid hic vltro *Hutteno* acceptum retulerit, ſupra declaraui pag. 21, in not.

Huttenum noſtrum fuiſſe, qui *Romæ* per portam, numeris annum MCCCCLX indicantibus inſignitam, egreſſus, arrepto carbone ſingulis litteris, ſiue numeris, ſingulas has ſubſcripſerit voces, *Multi Cæci Cardinales Creauerunt Cæcum Leonem X*, in Analectis (x) memoraui; codicis cuiusdam manu ſcripti, ex quo *vir maxime reverendus Alb. Meno Verpoortenn* narratiunculam hanc beneuole mecum communicauit, fide confiſus. Ingenium quidem Hutteni cogitanti mihi, reputantique ſimul, hunc in Italia anno CIↃ IↃ XIII commoratum eſſe, quo *Leo X Pontifex M.* ſit creatus, non erat fere, quod de rei veritate magnopere dubitarem. Eamdem rem aliter ab aliis narrari, poſthac cognovi (y). *Pontificem* videlicet *Leonem X* litteras has, numeros indicantes, in pura quadam

(x) p. 5.

(y) ex *cel. Bælii Dictionario*, huiusque capite, quod de *Leone X*, *P.* agit, T. II, p. 1683, edit. recentiſſ. vbi hæc leguntur verba: *Voici vn Paſſage, qui je tire des Bigarrures du Sieur des Accords, (cap. XII, folio m. 105 verſo) Le Pape Leon ayant fait poſer ces Lettres Numerales en vne table d' attante, pour ſignifier l' an de ſon Pontificat, furent ainſi interpretées. M. CCCC. LX. Multi Cardinales cæci crearunt cæcum Leonem decimum.*

quadam tabula ponendas curaſſe, Pontificatus ſui annum ſignificandi gratia; quæ ita ſint explicatæ *M. CCCC. LX. Multi Cardinales caeci crearunt caecum Leonem decimum.* Quomodo *Leonis X Pontificatus annum* litteræ iſtæ, ſ. numeri, indicare potuerint, ego quidem non intelligo: quandoquidem, vt conſtat, electus eſt M D XIII, menſe Martio, mortuus M D XXI, menſe Decembri, ætatis anno XLVI, pontificatus VIIII (z).

Quum eodem XIII ſæculi XVI anno *Bononiae*, in *pulcherrimo illo doctiſſimorum virorum conuenticulo*, vt ipſe hunc laudauit (*), commoraretur, *emunctiſſimum* illud *Carmen*, quod *Vir Bonus* ab ipſo inſcriptum, optimorum monitorum ſane quam pleniſſimum eſt, quandoquidem mores hominum admodum iucunde complectitur, edidiſſe mihi videtur (a). *cel. Balius* hoc

(z) *Huttenum* noſtrum illum omnino exſtitiſſe, qui numeros iſtos ingenioſe adeo explicuerit, & is adfirmat, qui an. 1719, ſub nomine *E. Nutberti* Libellum inſcr. *die vm die Euangeliſche Religion hæchſtmeritirte Buchdrucker Kunſt, Halae* edidit, 4. D, 2.

(*) in epiſtola ad *Phaechum*, vid. P. I, p. 85.

(a) *Bononiae* edidiſſe *Huttenum Carmen* hoc, & ille cenſuit, qui in *Lexico Hiſtor.* vitam eius eſt commentatus.

omnium primum Hutteniani ingenii monimentum eſſe cenſuit, *quod foras dederit, & quo auctoris meruerit titulum*; acerbe ſatis, vt ſupra iam expoſui (b), in *cl. Morerium* inuectus quod ſtatuerit, *Huttenum anno aetatis ſuae duodeuiceſimo carmina ab ſe confecta edere coepiſſe.* Quum ex ſuperioribus liquido adpareat, *Morerium* recte omnino iudicaſſe, iniuria erroris hac in re a *Baelio* incuſatum (c); nihil adiicere amplius attinet.

Tantum igitur etiam abeſt, vt *Panegyricus*, quem *Huttenus, in Exceptionem Moguntinam Alberti, Mogunt. & Magdeburg. Eccleſ. Archiepiſcopi, heroico carmine conſcriptum*, anno cIↄ Iↄ XIV emiſit (d), *ſecundum* ipſius *opus* exſtiterit, quemadmodum *cl. Baelius* cenſuit, vt is octo annis ante auctoris iam titulum meruerit; & quam plurima excel-

(b) pag. 23, 24, Mentio Carminis eius a me iam iniecta eſt P. I, p. 73, (r).

(c) *Morerium Adami locum non recte deſcripſiſſe*, iudicat quidem *Baelius*; at *Adamum Carmen*, quod *Vir Bonus* inſcr. prodiit, *omnium primum fuiſſe, quod ab auctore euulgatum ſit, exiſtimaſſe*, neminem ex his eius verbis liquide ſatis collecturum, arbitror: *Specimina ingenii ſui mature edidit: & anno decimo tertio poſt milleſimum, quingenteſimum Carmen euulgauit: cui titulus Vir bonus.*

(d) de quo egi P. I, p. 87. conf. ſupra p. 16, (d).

excellentis ingenii ſui ediderit interea monimenta. Memoratus modo annus cIↄ Iↄ XIV is fuit, quo Huttenus in Germaniam eſt reuerſus; poſtquam minus ſecunda in Italia, vt in P. I (e) oſtendi, vſus iterum fuerat fortuna. Optatiſſimus de amplificata ſummi Mæcenatis iſtius *Alberti* dignitate nuntius effeciſſe videtur, vt noſter reditum iſtum ſuum maturarit. Etenim *Eitelwolf de Lapide*, ſtatim vt *Albertus* ad *Electoris* atque *Archiepiſcopi Mogunt.* dignitatem erat euectus, id agebat, vt, liberalitate huius adlecta, *Moguntiæ litteraria* inſtitueretur *Societas*, præclaris legibus ſtabilita: vnde Hutteno ſuo optime conſuli poſſe, is arbitrabatur (f). at præmatura *Eitelwolfi* huius mors, quæ inſequenti anno inſecuta eſt, ſalutare eiusmodi conſilium interrupit. Eiusdem *Eitelwolfi* hortatu *Panegyricum* illum edidit *Huttenus*, luculenta epiſtola ipſi dedicatum (ff). *Singulari conſilio & arte omnes veterum Germanorum atque Imperatorum res*

 geſtas

(e) p. 83, ſeqq. (f) vid. ib. p. 186.

(ff) cuius partem P. I, p. 95, ſeqq. inſerui; vbi exquiſitiſſima eruditione ornatiſſimi Equitis huius laudes perſtrinxi: quas attigi etiam *Commentar. de Lat. lingua in Germ. Fatis* P. II, p. 281. ſeqq.

geſtas complexum eo Auctorem, ſplendidis ac ſonoris verſibus, non Principis ſolum Alberti laudes, verum omnes etiam Germaniæ regiones, gentes, flumina, deſcripſiſſe, & *Dauid Chytræus* iudicauit (g).

Idem *cel. Belius* in recentiſſima *Dictionarii* ſui editione libere confeſſus eſt, *coniectumm ſuam, quam habuerit, Vlricum Wirtenb. Ducem Ioannem Huttenum anno* cIↃ IↃxv *interfeciſſe* (h), *propterea quod Principem Sabinam, Coniugem ſuam, nimis huic fauere, ſibi perſuaſerit, falſam fuiſſe:* ſe aliunde meliora poſthac eſſe edoctum (i). Sed tamen Ducem,

(g) *Saxoniæ* Lib. VII, p. 181, ad an. M. D. XIV. Idem ferme iudicium & *G. Sabinum* de hoc *Hutteni Panegyrico* tuliſſe in dedicatione, qua hunc, & ſuam *Reditus Ioachimi II March. Br. Deſcriptionem Chriſtophoro Turco* nuncuparit, P. I, p. 87 (g) monſtravi. quæ dedicatio reperitur etiam in *Libro Epiſtolarum, Sabini Poemat.* ſubi. p. 423.

(h) vid. P. I, p. 90.

(i) ex *T. IV Obſeruationum Selectar. ad Rem litterar. ſpectant. Halæ edit.* obſeru. IX, § XXXIV. Meliora etiam *Belium* hac in re edocere potuiſſet *Auctor Commentar. litterar. Gall. (Memoires de Litterature)* Tom. I, P. 2. Art. XI; & *Auctor der Antwortſchreiben auff etliche Fragſtücke eines gelehrten Edelmanns, welcher in einer Preuſſiſchen Prouinz wohnt,* an. 1720 ed. im XII *Brief.* Vterque Auctor a me iam citatus eſt

cem, poſt *Ioannis* cædem, hunc nimiæ & inconceſſæ familiaritatis, quæ ei cum *Sabina* Principe interceſſerit, inſimulaſſe, conſtat. quid? quod *Vlricum Ducem* lapidem adeo *Sachſenheimii* ponendum curasſe, in quo inconceſſæ eiusmodi familiaritatis imago ſit repræſentata, accepi. Sunt vero, qui putant (k), Ducem hac ratione facinori colorem dare contendiſſe; vtpote qui *Ioannem* iniuria hac in re accuſarit; libidini ſuæ atque iracundiæ nimium indulgens. In hæc, & alia *Vlrici Ducis vitia Huttenus* noſter grauiter admodum atque acerbe *V iſtis Orationibus*, & *reliquis*, quæ acceſſerunt his, *ſcriptis* ſuis (l) eſt inuectus.

D 3 Ter-

eſt P. I, p. 90, 91 (i): quæ minus recte ab hoc relata mihi videantur, ibi ſimul indicaui.

(k) idem hic auctor inter eos eſt, quippe qui ſolide ceteroquin epiſtola iſta XII in *cauſſas* inquiſiuit, *quare Vlricus D. Ioannem Huttenum trucidandum curauerit*. at ipſum *Vlricum trucidaſſe Ioannem*, liquido ex *Hutteni* noſtri *inuectiuis* probari poſſe, citato modo loco commonſtraui.

(l) quæ, vt infra denuo oſtendam, an. cIↃ IↃ xIx coniunctim prodierunt; enumerata a me P. I, p. 91, 93. 229-236. Illa ſcripta, quæ Huttenus ipſo anno hoc, quo cædes facta eſt, edidit, *anno cIↃ IↃ xvii* de hac ſecutus eſt *Dialogus Phalariſmus* inſcr. quem *ſeorſim menſe Martio prodiiſſe*, p. 229, (v) P. I mon-

Tertium, anno cIↄ Iↄ xv vergente, in *Italiam* abiiſſe *Huttenum*, vel ex *Frowini Hutteni Syngrapha*, quam ſupra inſerui (ll), colligere licet (m). Quum integris octo Partis I paginis (n) narrauerim, quibus ſtudiis in *Italia* is ſeſe dederit, & quibus caſibus etiam tum iactatus ibi ſit; addere hic quicquam de his animus non eſt.

Nec animus forſitan fuiſſet, plura hic de *Obſcurorum Virorum Epiſtolis* proferre; quandoquidem de his integris octo P. I paginis (o), nec non in Analectis (p), egi, oſtendens, earum *Volumen primum circa annum cIↄ Iↄ xvii*, illo videlicet tempore, quo *Huttenus in Italia* verſatus ſit, *lucem adſpe-*

monſtraui. Duas diuerſas ſeparatim editi huius Dialogi vidi editiones: quarum vna in 4, altera in 8, excuſa eſt, vtraque vna conſtat plagula. Hæc inſcripta eſt *Phalariſmus*, *Dialogus Huttenicus*: in calce leguntur hæc verba: *Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus Vltor! Finis Phalariſmi Huttenici. Iacta eſt alea.* conf. P. I, p. 212 (x). *Georg. Conr. Pregizerus* in *Bibliothecæ Sueuo-VVirtenbergicæ*, *Io. Vlr. Pregizeri, Parentis, Sueuiæ & VVirtenbergiæ Sacræ* adiectæ, P. II, p. 446, pro ſuo in *Vlricum D.* amore Huttenica iſta *ſcripta iniqua* adpellat.

(ll) p. 15, 16. (m) aperte id colligere etiam licet ex *Hutteni epiſtola*, *ad Eraſmum* ſcr. P. I, p. 102 (**) cit. (n) a p. 103-110. (o) p. 165-173. (p) p. 15, 16.

adſpexiſſe,&,*licet prioris ac poſteriorum Voluminum plures ſtatuantur auctores*,*Huttenum tamen coryphæum, ludique choragum recte cenſeri.* Talia inquam,quum haud obſcure,mea ſententia, ibi probauerim, animus forſitan non fuiſſet, plura de iis hic proferre, niſi *celeberrimus Io. Chriſtophorus Olearius* occaſionem mihi præbuiſſet,argumentum hoc hic etiam retractandi (q). Triennium nempe ferme eſt,quum maxime reuerendus hic Vir, Fautor diligenter a me colendus, ab obliuione vindicauit *Epiſtolam Anonymi* (*) *ad Ioannem Crotum, Rubeanum, verum inuentorem & auctorem Epiſtolarum Obſcurorum Virorum manifeſtantem* (r). Epiſtolam hanc exſtare & aliunde antea didiceram (s): quam *celeb. Cnauthius*, mihi

(q) biennio enim abhinc illud iam retractaui, P. II Comment. *de Fatis linguæ Lat. in German.* p. 432, ſeqq.

(*) quem *Iuſtum Ionam* eſſe, cenſet.

(r) *Arnſtadiæ*, an. 1720, 8. eruditiſſimas ei adiecit notas: quibus *Croti fata* breuiter ſimul expoſuit; & probauit, verum nomen eius fuiſſe, *Ioan. Iæger, Dornheimio-Thuring.* Et ipſe *Crotus* & *Huttenus* ſcribere conſueuerunt cognomen *Rubianus*, non *Rubeanus.*

(s) ex *Ephemerid.* inſcr. *Vnſchuld. Nachrichten*, earumque Ord. III, an. 1716, p. 382.

amiciſſimus, pro ſuo in me amore, benevole nuper mecum communicauit (ſ). Probatum ex Epiſtola hac iuit *max. reuerendus Olearius*, *I Voluminis Epiſtolar. Obſcuror. Viror. Crotum inuentorem ſolum eſſe, & auctorem; II autem & III Vol. Huttenum & alios fuiſſe ſcriptores, Croti ſocios & æmulos.* Vltro denuo concedo, *Crotum* hunc, cuius ſupra crebra iniecta eſt mentio, *Hutteni* noſtri tam cupidum, quam qui maxime, inter *principes O. V. Epiſtolarum Auctores* referendum eſſe. eum autem *I Voluminis ſolum auctorem* eſſe, quo minus etiamnum adſentiar, multa omnino ſunt, quæ prohibent. Quum *Huttenus* noſter ad *Bilib. Pirckheimerum* ſcripſerit (ſſ): *illam adhuc Capnionis cauſſam mordicus teneo: qua de in litteris tuis mentionem facis, Theologiſtas auxiſſe, neſcio quas, ſuas aduerſum* nos *Lamentationes* (ſt). quum porro *Huttenus* ad ipſum *Reuchlinum* ſcripſerit

(ſ) quod exemplar auctor *clariſſ. Viro D. Nicol. Ambsdorff* olim miſit: duabus conſiſtit plagulis, in 4 excuſum, *anno Theologorum XV*, i. e. poſt Reformationem Lutheri, ſ. an. CIↃ IↃ XXII.

(ſſ) epiſtola a me edita, p. 7. P. I. add. Comment. p. 165.

(ſt) de his vid. P. I, p. 169.

rit (t): *Multum oneris tui in noſtros humeros* trans-

D 5

(t) *Epiſtolar. ad Io. Reuchlinum a clariſſ. viris ſcript.* Lib. II, ep. 52. vid. P. I, p. 152. Scripta eſt iſta *Hutteni ad Reuchlinum epiſtola Bononiae Idib. Ianuar. an.* cIↄ Iↄ xvii, qua ferme adducor, vt credam, *I Volumen Epiſtolar.* paullo poſt prodiiſſe: licet plerumque credatur, hoc priore iam anno *Bernae*, vt infra a me oſtendetur, prodiiſſe. De *tempore*, quo Epiſtolae hae prodierint, ex prima epiſtola Volum. II *Obſc. V. Ep.* (quod I Volumini mox ſucceſſiſſe, *Eraſmus* in *Spongia* ſua B 7 a teſtatur,) coniicere quodammodo poſſumus, & quidem ex his eius verbis: *Scitote, Domini mei, quod eſt magna & rationabilis cauſſa, quod* M. Ortuinus *adpellat amicos ſuos* Obſcuros Viros. *facit enim propter humilitatem. quoniam, ſicut poteſtis ſcire, quamuis etiam non poteſtis ſcire, ſed praeſumendum eſt, quod ſcitis, quomodo* ante tres annos Ioannes Reuchlin *faciens imprimere* Epiſtolare Amicorum ſuorum, *intitulauit illud* Epiſtolae clarorum Virorum. *Quod conſiderans* M. Ortuinus, *& multum deſuper penſitans, dixit ad ſemet ipſum: Ecce* Reuchlin *credit, quod nemo habet Amicos, niſi ipſe; quid vult facere, ſi ego oſtendo, quod habeo etiam amicos, & bene digniores, quam ipſe; & ſcientes facere Carmina, & dictaminas meliores, quam ſui Amici? Et ergo in deſpectum ipſius dedit ad imprimendum iſtas Epiſtolas, intitulando eas:* Epiſtolae obſcurorum Virorum. Quum *Epiſtolar. ad Reuchlinum a clariſſ. viris ſcriptar. Libri II Hagenoae an* cIↄ Iↄ xix editi ſint, conſequens tum erit, vt *Epiſtolae Obſc. Viror. anno* cIↄ Iↄ xvi iam prodierint: ſi modo tempus

tranſlatum eſt. Iampridem incendium conſlo, quod tempeſtiue, ſpero, efflagarabit. Ipſum te quieſcere iubeo. Eos mihi adiungo militiæ ſocios,*quorum &* ætas *&* conditio *pugnæ generi par eſt. Breui videbis lugubrem aduerſariorum tragœdiam e* ridentium theatro *exſibilari.* quum & *Eraſmus* adſeuerarit (tt), *ſe Obſc. Viror. Epiſtolar. Auctores non ignoraſſe: quorum tres, vt compertum habuerit, exſtiterint.* hæc quum ita ab ipſo *Hutteno* & *Eraſmo* ſcripta eſſent; colligebam,*plures* omnino *feſtiui operis* ſtatuendos eſſe *auctores.* Quid? quod ipſe etiam *Anonymus* iſte *Huttenum* in ſocietatem admiſit, quando ſcripſit (u): *Eraſmus ille Roterodamus ſic dicitur præclarum Opus* (v) *habuiſſe in deliciis, vt duas eius Epiſtolas, alteram tuam* (Crote) *omnium ſalſiſſimam & elegantiſſimam, alteram* Hutteni *ad verbum ediſcere, & in conuiuiis recitare non dubitarit. Eraſmus* ſane, ſe *Huttenum principem Operis* cenſuiſſe *auctorem,* aperte confeſſus

tempus in prima iſta epiſtola Volum. II *O. V. Ep.* recte eſt indicatum. Sed concedam, has anno XVI prodiiſſe: quum plura ſuperſint argumenta, *Huttenum inter principes Voluminis I auctores eſſe referendum.* (tt) in *Spongia,* B 6, a.

(u) p. 11 edit. *Arnſtadt.* (v) *I* quidem *Volumen* intelligi, arbitror.

feſſus eſt, ſcribendo (x): *Epiſtolis obſcurorum virorum primum adplauſi, mox metu territus, epiſtolam Coloniam miſi* (y), *qua ſignificabam, mihi diſplicere tales Libellos. Accipe nunc rem, optime Lector, & intellige* Huttenicum Artificium. *Nactus eram vnam epiſtolam manu deſcriptam de Conuiuio magiſtrorum, quæ nihil habebat, præter innoxium iocum, & ferebatur* Hutteni (z). *Hæc mihi maximæ voluptati fuit, ac toties inter amicos lecta eſt, vt propemodum hæreret memoriæ. Baſileam reuerſus, quum mihi periſſet ſcriptum, ex memoria dictaui Beato Rhenano, ſcribens interim amicis Huttenis, vt mihi eam mitterent, quemadmodum erat ſcripta. Hoc ita factum eſſe, ingenue fateor.*

Sed *Croto Rubiano*, de *Hutteno* noſtro (*) tam

(x) cit. modo *Spongia*, B 5, b.

(y) epiſtolam ſine dubio intelligit, quam ad *Io. Caſarium* miſit: de qua vid. P. I, p. 169.

(z) fuit forſitan illa, quam *Mammotrectus Buntemantellus, in ſeptem artibus Magiſter, ad M. Ortuinum* ſcripſiſſe, fingitur, Lib. I *Obſcur. Vir. Ep.* inſerta; quæ incipit: *Conſcientioſiſſime Domine M. Ort. credatis mihi firmiter.* agit ſaltem de *Conuiualitate, qua reverentialiter ſint tractati, qua biberint, & lætæ fuerint mentis.*

(*) qui poſteriorem *Neminem* ſuum verboſa illa Epiſtola,

tam præclare promerito, ſua etiam maneat laus, ſua merita! cuius memoriam quod *celeberr. Olearius* renouare ſic cœperit, multum ei omnino debetur. vt illam, quemadmodum facere conſtituit, copioſius propediem redintegratam foras dare queat, vires ipſi ac otium publice hic precor: id quod plurimos mecum precari, noui. *Crotus* hic, vt Anonymus iſte adfirmat (a), vnus, & primus pæne, *Hutteno ſuo* auctor fuit, vt in Germania ad vexandos, omni genere ſcommatum, Epiſcopos, Romani Paſquilli libertatem, & *παῤῥησίαν* imitaretur. in quo, vt ipſe *Crotus* faſſus eſt (b), *tantum ardorem, tantamque ſubtilitatem exſultare*, cognouit, *vt vno impetu aridum Ortuinum conficere eum valere*, iudicarit. Sed vel ſic *Huttenum* parum ſalſum, parum feſtiuum, parum diſertum haberi potuiſſe præ *Croto*, cenſuit Anonymus (c), quoties Cardinales, Epiſcopi mordicus arripiendi fuerint, quoties Papiſtæ proſcindendi fuerint. qui de *luxu regio Cardinalium*,

ſtola, toties, & in hac & in prioribus Partibus, citata, ei dedicauit.

(a) p. 12. (b) in epiſtola ad *Io. Reuchlinum Lib. II Epiſtolar. ad hunc ſcriptar.* ep. XLVII.

(c) p. 13.

lium, de *ſcortationibus Sacerdotum*, de *falſa inopia Monachorum*, nunc *Satyras*, nunc *Dialogos* ediderit, ſed occultus propter metum. Quum tamen & *Huttenus vir excellenti facundia & facilitate in poematis prope diuina* viſus ſit Anonymo: *Crotum* & *Huttenum duos heroes putauit* (d), qui *vniuerſo Papiſtico nomini, ſummis viribus bellum indixerint, qui inſtructis maxime & firmis copiis terra marique perſequi induxerint in animum: qui tot & tantis Dialogis, Epigrammatis, Satyris, Scriptis Latinis, Germanicis, exagitauerint Romaniſtas, Cardinales, Epiſcopos, præcipue autem Theologos & Monachos.* Quum anno cIↃ IↃxx cognoſceret *Crotus*, quot & quantæ *Romaniſtarum* eſſent *artes*, tum in Italia, tum in Germania, & Romam migraſſe in Germaniam; atque magnas vbique inſidias eſſe contra bonos ac pios, exclamavit (e): *o ſi cum ſuo artificio prodirent* obſcuri Viri, *quo pro merito ſuo illuſtrarentur denuo tenebricoſi Patres, qui aliter nec volunt, nec poſſunt, illuſtrari, quam ſua luce, hoc eſt, quam capiunt a ſuo cælo. Sed prodibunt ſpero.*

(d) p. 10. (e) in epiſtola, *Erfurdia in peruigiliis Nicolai, MDXX, ad D. Mart. Lutherum* ſcripta, & ſeparatim inſequenti anno *VVitteberga*, 8 edita: de qua conf. P. II, p. 122, not. 311, (a).

ro. Se luſiſſe quædam tum de *Brachio Domini contra Brachium Sæculare* (f), quod inuocarint, qui nihil impium non inuocarint, *b. Lutherum* non celauit. Quum Anonymus iſte confirmet, *Crotum* plurimorum aliorum, contra corruptos Sæculi iſtius mores confectorum, Libellorum, qui, celato auctoris nomine, prodierint, auctorem eſſe, ſiquidem egregius ſimulandi & diſſimulandi exſtiterit artifex: perſuaſiſſimum mihi nunc habeo, illos Libellos, ſi non omnes, pleroſque tamen, ab *elegantiſſimo Croti ingenio* profectos eſſe, quos, ſi non ab Hutteno eſſent conſcripti, a diſciplinæ tamen huius alumnis profectos, antea iudicaueram (ff). Quo acrius vero Romaniſtarum caſtra Libellis eiusmodi per complures annos is oppugnavit: eo magis mirandum eſt, ipſum in eorum caſtra denique transfugiſſe. Id quod ſæpius hactenus nominatus Anonymus Epiſtola iſta ſua (g) libere ac ingenue ei exprobrat; qua in cauſſas, quæ eum

(f) vid. P. II, p. modo cit.

(ff) P. II, p. 308.

(g) quæ *primo defectionis Croti anno*, i. e. vt ſupra iam indicaui, an. clɔ Iɔ xxxII, ſcripta eſt.

eum, vt tale aliquid faceret, permouiſſe videantur, diligenter inquirit. fucatæ pietatis, & periculoſæ in religione ſimulationis palam eum coarguens, ſic ipſum adlocutus eſt: *Sed quid*, Crote, *vir ſuauiſſime, quid, inquam, ſi reuiuiſceret* Huttenus, *vt videret* Crotum, *virum illum olim prolixe Lutheranum, iſthic, quum ſacra facit aliquis Canonicorum, vel ſuffraganeus Epiſcopi, reciprocatione manuum iactantem thuribulum, & illos fumos ſpargentem, quos olim vere fumos eſſe dicebat, vtroque brachio protenſo, adductis ſuperciliis, quaſi ſerio faciat, tenentem infulam ſuffraganei, &, ni fallor, calceis Epiſcopi figentem oſcula, flectentem genua, cum Choralibus, quoties chirothecam annulatam adſpicit, & tantum non illos pulueres lingentem, quos Chorales in Veſperis ſemiſomnes & ebrii, ſanctis pedibus calcant? nonne* Huttenus, homo natura vehemens & feruidus, & odio hypocriſis ardens, *te ibi in medio templo ſtantem, tam confidentem ſimulatorem, palam rideret & conſputaret? Huttenus* hic, quem obiurgatoriæ Epiſtolæ huius Auctor *Lutheranarum partium conſtanter vsque ad vitæ finem manſiſſe*, lætatus eſt, quoad vixit, *Croti* ſui cauſſa velle perſeuerauit; nec ita multis ante obitum ſuum diebus

ad

ad *Eob. Heſſum* ſcripſit (h): *Mire cupio ſcire, Crotus vbi ſit, & quomodo agat. - - Bene ſit homini, vbivbi eſt* (i)! Amice etiam Auctor iſte extrema Epiſtola ſua bene ei precatus eſt, *vt ad ſe rediret, & contra conſcientiam ſuam* (k) *deſineret papiſtizin* (l).

Huttenus itaque & *Crotus Obſcurorum Virorum*

(h) vid. P. II, p. 238. (i) *Fuldæ latuiſſe tum Crotum, Ioach. Camerarius* in *Vita Melanchthonis* p. 92, *edit. Vœgelin.* nos docet. anno ſaltem cIɔ Iɔ xxiv *Melanchthon*, & *Camerarius*, aliique itineris ſocii, certi quid de *Hutteni morte Fuldæ* apud *Crotum* compererunt. vid. P. II, ib. & p. 269, (ll).

(k) vt intueri ac contemplari ſe poſſet, binos inſuper Libellos ſe ad ipſum miſſurum, promiſit Auctor; quorum alter *Italica Theologia Croti*, alter *Epiſtola Lutherana Croti*, eſſet inſcriptus.

(l) *Crotum, Virum prudentem*, ad religionem veram, ſibique ſatis perſpectam, rediiſſe, *celeb. Olearius* ſperauit. rediiſſe eum, valde dubitare ego cœpi, poſtquam *D. Eraſmi Alberi* præfationem legi † 2, quam Libro præmiſit, inſcr. *VVider die verfluchte Lere der Carlſtader vnd alle fürnemſte Heubter der Sacramentirer &c. Noui Brandenburgi* ed. an. 155?, 4. eiusdemque *Cantilenam German* in *der Fortgeſetzten Sammlung von alten vnd Neuen Theolog. Sachen*, IV *Beytr.* an. 1721, p. 559. Quod *Crotus* & alii veram religionem, quam amplexati prius ſint, repudiauerint deinceps, culpam in *Eraſmum Roterod.* transfert pius hic *Theologus Alberus*: de quo plura dicendi infra erit occaſio.

rorum Epiſtolarum, & prioris & poſteriorum Voluminum, vt denique ad has redeam, & dicam denuo, quid ſentiam, *principes* mihi videntur *auctores*, & *anteſignani:* tales & aliis forſitan, ſi rem perpenderint, videbuntur. Quinam vero *militiæ ſocii*, quos ſe adiunxiſſe ſibi, *Huttenus*, vt ſupra cognouimus, ad *Reuchlinum* ſcripſit, & quorum ætatem atque conditionem pugnæ generi parem fore, ſperauit, exſtitiſſe mihi videantur, alibi copioſius iam monſtravi (m); cenſens, *Hermanno Buſchio* (n), & *Hermanno Nuenario, Comiti* (o), non infimum inter eos deberi locum; *Io. Rhagium Aeſticampianum* etiam, *Io. Cæſarium*,

 ipſumque

(m) non ſolum P. I huius Comment. p. 166. ſed etiam *de Fatis linguæ Lat. in Germ.* P. I, p. 322, P. II, p. 440, ſeqq.

(n) hic *tertius O. V. Epiſtolar. auctor* mihi videtur inter illos, quos *Eraſmus* cognitos ſe habuiſſe, confirmauit: cauſſas, quæ permouent me, vt id credam, adduxi in *Vita H. Buſchii*, eius *Vallo Humanitatis* præmiſſa, p. 222, ſeq. & de *Fatis L. L. Com.* P. II, p. 439.

(o) non infimum *eruditiſſimo Comiti* huic inter ſocios iſtos deberi locum, copioſius oſtendam in eius *Vita*, quam a me conſcriptam edere, bene adiuuante Deo, conſtitui. tantum enim is ſeſe præſtitit Mæcenatem, vt poſteri ingrati videri poſſent, ſi memoriam eius colere intermitterent.

ipſumque *Reuchlinum* & *Bilib. Pirckheimerum*, merito inter eos numerari. nec ab iis valde diſſentio, qui *Eob. Heſſum* inter eos referunt: ab iis autem diſſentire me, fateor, qui hodieque *Eraſmum Roter.* earum auctorem putant (p); & ab iis, qui exiſtimant (q), *Eraſmo* huic Epiſtolas Obſc. Vir. idcirco magnopere diſplicuiſſe, quod plures & Prædicatorum & aliorum Ordinum eleganter, & pure, & erudite, ſeu in Italia, ſeu in Germania, ſcribentes, familiares habuerit (r): nec vero iis adſentior; qui aliis perſuadere contende-

runt

(p) inter quos eſt *Gulielm. Nicols*, lib. IV *de Litteris inventis, Londini* an. 1711, 8 ed. p. 145 not. 2. Multas epiſtolas *Eraſmum* addidiſſe, & Auctor pſeudon. ſupra iam citatus, *E. Nutbertus*, cenſuit, *in der vm die Euangeliſche Religion hochſt. meritirten Buchdrucker-Kunſt*, D 2, b.

(q) exiſtimauit ita *Iacobus Echard*, T. II *Scriptorum Ordinis Prædicatorum, notis criticis illuſtr. Lutetiæ* an. 1720, fol. ed. p. 70. in *Vita F. Iacobi de Hoogſtratt.*

(r) cur *Eraſmo* O. V. Epiſtolæ, quas initio magnopere probauerat, diſplicuerint deinceps, veriorem prodidit cauſſam *cel. Mich. Maittaire Annal. Typograph.* T. II, P. I, p. 369. quod videlicet in inuidiæ, quam Epiſtolæ illæ commouerant, partem a multis Pontificiis, quos offendere porro nolebat, ſit vocatus. quam plurima ibi de *Epiſtolis* his *Eraſmi iudicia* ex epiſtolis eius adferuntur.

runt (ſ), *Jacobum Hochſtratum, acerrimum illum Reuchlini hoſtem,* qui potiſſimum Epiſtolis iſtis petitus eſt, non tantum his non ſe ſenſiſſe læſum, ſed & ipſum de illis riſiſſe ac luſiſſe. id quod vel ex his *Hochſtrati* verbis colligere volunt: *Solent namque obſcuri diſcipuli multis modis eniti, quatenus* primicerium Capnionem *iam commendatum, iam excuſatum efficiant, nunc obſcurorum, nunc clarorum vſurpare nomina virorum.* Pluribus

E 2

(ſ) contendit id aliis perſuadere citatus modo *Iac. Echard*, in *Vita ipſius Hochſtrati*, ſiue, vt ibi ſcribitur, *Hoogſtratt*, ead. pag. 70. conqueſtus tamen p. 67, quod *heterodoxi acriori eum lacerarint ſtilo. Fabulæ* illius, quæ tradiderit, *Hogoſtratum O. V. Epiſtolis adeo ſauciatum eſſe, &, tamquam letali dolore percusſus, interierit, Paul. Iouium auctorem* eſſe, p. 67 indicat. an ipſe ceteroquin *Reuchlinus*, an *Vdalr. Huttenus, Eques*, earum auctor ſit, vel vtrum *plures* operam ſuam contulerint, in medio is relinquit; ablegans Lectores ſuos ad *Placcium*, &, quemadmodum loquitur, *ſuccenturiantem huic Chr. Aug. Heumannum, de Libris Anonymis & Pſeudonymis.* Anno CIↃ IↃ XVI, *Reuchlino* ex Italia in Germaniam reuerſo, *Obſc. Vir. Epiſtolas Bernæ editas, absque anno prodiiſſe*, de reliquo ſtatuit. de qua omnium prima editione ſupra iam egi. *Dialogum, ex obſcurorum Virorum Salibus cribratum*, eiusdem *farinæ* adpellat *Librum*, qui eadem ætate prodierit. Acceſſit etiam deinceps is poſterioribus, *O. V. Epiſtolar.* editionibus, ſeparatim antea editus.

bus verbis de *Iacobo Hochſtrato* loquendi alibi mihi erit occaſio (t).

Erunt forſitan, quibus operæ pretium vix feciſſe ego videbor, qui toties iam de *Obſcurorum Virorum Epiſtolis*, horumque *Auctoribus* tam operoſe egerim. At aliter illos iudicaturos, ſpero, qui idem ſenſerint, quod Epiſtolæ ad *Crotum Rubianum* Auctor ſenſit: vtpote qui vltro, ſcire ſe, negauit (u), *an vllum iſtius ſæculi ſcriptum ſic Papiſtico regno nocuerit, ſic omnia Papiſtica ridicula reddiderit, vt hæ* Obſcurorum Virorum Epiſtolæ, *quæ omnia minima, maxima, Clericorum verterint in riſum.* *Crotum* idcirco raro in templo, raro in ſchola fuiſſe, teſtatur (x), quin in cera adnotarit belle, & lepide, & feſtiue dicta quædam, ridicule detorta; quibus creſcere poſſet *opus pulcherrimum & poſteritati profuturum.* Qualis via eidem Auctori facillima viſa eſt, qua

(t) in promiſſa denuo paullo ante *illuſtris Hermanni Nuenarii Vita*, a me bono cum Deo edenda. Hunc enim inter *Hogſtrati perſecutores* clarum in primis ſe feciſſe, *Iac. Echard*, cit. Tom. II *Scriptor. Ordinis Prædicator.* p. 71, falſus eſt: qui *Nuenarium Virum, & ex nobiliſſima in Germania gente ſatum, & litteris elegantioribus ornatum*, prædicare non dubitauit.

(u) p. 13. (x) p. 12.

qua *ridendo* & *ludendo* (y) diuina humanaque omnia in optimum reſtitui potuerint ſtatum. *Argumentum* earum adcurate atque neruoſe ætate noſtra *clariſſimus Vir, Io. Mollerus*, hunc in modum expoſuit (z): *In Epiſtolis Virorum Obſcurorum ad ſalſe exagitandos* Iac. Hogoſtratum *&* Ortwinum Gratium (a), *Theologos Colonienſes*, Io. Pfefferkornium, *Ex Iudæum impudentem, ceterosque illorum, in Collegiis Germaniæ Academicis & Monaſticis, contra* Io. Reuchli-

E 3 num,

(y) quum, quemadmopum *Eraſmi Colloquia*, & alia huius ſcripta, ita & *Obſcur. Vir. Epiſtolæ prodigioſam Monachorum inſcitiam, ſuperſtitionem, ſocordiam, & luxuriam* exagitent, quos κακὰ θηρία & γαστέρας ἀργὰς fuiſſe, demonſtrent; *Gu. Nicols*, citato ſupra lib. IV de *Litteris inuentis*, p. 145, n. 2 iudicat, *Eraſmum*, & *Epiſtolarum* iſtarum *auctorem*, quem *Eraſmum* minus recte eſſe putauit, *Monachis iſtis plus nocuiſſe ridendo, quam Lutherus nocuerit ſerio agendo*.

(z) in *Homonymoſcopia*, p. 814.

(a) *Valer. Andr. Deſſelius* in *Bibliotheca Belg.* p. 708, 709, vbi *Gratii* huius *Lucubrationes* enumerat, memorat ſimul, eum, quum in *Epiſtolis* & *damnato Dialogo obſcurorum Virorum* traductus ſit, *Lamentationes obſcurorum Virorum* repoſuiſſe, *Coloniæ* cIↃ IↃ xviii. Has a doctiſſimis etiam viris cum *altero obſc. Viror. Epiſtolar. Volumine* confuſas eſſe, P. I, p. 169 (m) monſtraui: vbi aliquot paginis de *Lamentationibus* his a me actum eſt.

num, *Libris Iudaicis patrocinantem, Synathletas, ab* Huldar. Hutteno, *aliisque* Reuchlini *amicis, ſtilo barbaro, ſub iſtorum Nominibus, exaratis, portenta Nominum & Cognominum huiusmodi, in lingua Græca aut Latina μεταφραθέντων, occurrunt, neminem non ſtudiis excultum politioribus, ad riſum inuitatura effuſiſſimum,* Eraſmo *olim* Roterodamo, *quum, vlcere periculoſo laborans, iſtas perlegeret Epiſtolas, ſalutarem* (*). *Summe reuerendus Læſcherus* etiam nuperrime iudicauit (b), *O. V. Epiſtolas* digniſſimas omnino fuiſſe, quæ omnium ſtatim ſermone ſint celebratæ; quandoquidem non *Reuchlini* ſolum cauſſa ſcite admodum iis ſit defenſa, ſed Theologorum quoque ætatis eius ignorantia atque inertia acute prorſus ac facete

(*) vid. *Ioſ. Simleri Vita H. Bulingeri*, p. 6.

(b) in *Vollſtændigen Reformations-Actis v. Documentis*, T. I, Cap. IV, p. 102. eas ab *Hutteno*, huiusque *Sociis*, confectas eſſe, cenſet: quæ anno iam cIↃ IↃ XV prodierint. *Huttenus* forſitan, quum tertium anno iſto, vt vidimus, in *Italiam* abiit, confectas ſecum aſportauit, & *Bernæ* excudendas curauit. Anno cIↃ IↃ XVI eas emiſſas iam eſſe, ex *Th. Mori* epiſtola, anno hoc, d. XXXI Octobr. ad *Eraſmum* ſcripta, colligi quoque poteſt; qua ſcripſit: *Epiſtola Obſcurorum Virorum, operæ pretium eſt videre, quantopere placeant omnibus, & doctis ioco, & indoctis ſerio.*

te iis exagitata ſit. Quum Latinæ etiam linguæ puritati & decori optime ſimul hac via ac ratione conſultum videatur; dum Latinitas, quam per tot ſæcula barbari atque inficeti homines adamarunt, præclare luculenterque iis expreſſa eſt, *O. V. Epiſtolas* non adeo inepte *acerrimum tormentum, quo arx, quam barbaries per tot ſæcula occupatam tenuerit, feliciter tandem in Germania expugnata ſit*, adpellaſſe mihi videor (c).

Ex deuictis Obſcuris Viris, id eſt Theologiſtis Colonienſibus, & Fratribus de ordine Prædicatorum, triumphanti Reuchlino Encomium ſcripſiſſe *Huttenum*, ſub *Eleutherii Bizeni* nomine latitantem, aliquot P. I paginis (d) expoſui.

(c) P. II Comment. de *Fatis linguæ Lat. in German.* p. 442.

(d) p. 162, ſeqq. p. 163 in not. & p. 164 indicaui, quoties *Encomium* hoc prodierit. quod integrum *celeb. Herman. von der Hardt* P. II *Hiſtoriæ Litterariæ Reformationis*, p. 148, ſeqq. inſeruit. & quod laudauerat antea in *Moguntina Reuchlini Hiſtoria, Helmſt.* an. 1715 edita, p. 29, multa ſequentib. paginis ex eo proferens. neque poſtea illud non laudauit, in Libello, qui inſcribitur *Aurora in Reuchlini Senio*, ibid an. 1719 emiſſo; p. 49, *vere illuſtre illius hiſtoriæ & veritatis documentum* id nominauit. Eidem Libello celeberrimus hic Vir integram illam *Hutteni Epiſtolam, Bononia* ineunte anno cIↄ Iↄ xvII ad *Reuchlinum* miſſam, qua huius animus confirmatur, ſupra a me citata, p. 36 inſeruit.

ſui. *Encomium*, ſiue *Triumphum* hunc, editioni paratum reliquiſſe Huttenum, tertio in *Italiam* abeuntem, non ita obſcure ex iis, quæ ibi protuli, colligi poteſt: vbi ſimul indicaui, Eraſmi conſilio verboſum ac elegans hoc Carmen (e) per annos aliquot preſſum eſſe. Quam fortiter *Reuchlini cauſſam Romæ* etiam, quo reiecta erat, egerit *Huttenus*, huius ad *Cardinalem Hadrianum, Virum doctiſſimum, & Germanorum in vrbe Patronum, pro Capnione Interceſſio* abunde teſtatur (f): quæ præclaro conſiſtit Carmine. Hoc poſtquam Itali vna cum illis *Carminibus*, quæ *Huttenus Romæ pro Ara Coritiana* (g) decantauit (h), legerint;

(e) *Iacobus Echart*, T. II *Scriptor. Ord. Prædicator.* p. 70, acriter in illud inuectus eſt, *Satyram* adpellans *virulentiſſimam & mendaciſſimam:* cuius verum auctorem eſſe *Huttenum*, non ignorauit. quem Romanam Curiam grauioribus maledictis inſectatum eſſe, coarguit, dum *Romanum Reuchlini Triumphum* cantauerit. Fuit videlicet *Huttenus*, vt Epiſtolæ ad *Crotum Rub.* auctorem loquentem paullo ante audiuimus, *odio hypocriſis ardens;* qui laudare non potuit id, quod laude ipſi indignum viſum eſt.

(f) præmittitur ea, in *Francofurt. Hutten. Oper. Poet. editione, Triumpho Capnionis*, K 2, b.

(g) ad illam nempe *inſignem ſtatuam marmoream, Aureliano* in *templo dedicatam:* in qua vna vt Poetæ *tria*

rint; mirum non eſt, *Italiæ eruditos Hutteno*, vt ipſe adfirmat (i), *miris modis beneuolos exſtitiſſe: quum moribus tum litteris ornatiſſimum* eum prædicantes *Equitem* (k).

Anno cIↄ Iↄxvii in *Germaniam* hunc reverſum, & *Auguſtæ Vindelicorum a Conr. Peutingero, Iacobo Spiegel, & Ioanne Stabio ad MA-*

E 5 *XIMI-*

tria numina Chriſti Dei, & *matris*, ac *Auiæ* celebrarent, *Ioannes Coritius, homo Treuir, humani iuris libellis præpoſitus*, perhumanus Poetarum hoſpes, ac admirator, hos inuitauit. qui, quum vndique Poetæ illuſtres, nequaquam ad inanes ſpes, ſub *Leone X, P. M.* in Vrbem confluxerant, &, pulcherrimo quodam certamine, a ſingulis in vna tantum ſtatuæ materia ſcribebatur, iſtiusmodi *Carminum Farragine* inclaruit. Refert talia *P. Iouius Elogior.* cap. CIII. conf. *cl. Bæl. Dictionar.* vnde patebit, *Coritium* hunc tali denique vſum eſſe fortuna, vt non iniuria inter *infelices litteratos* a *Pier. Valeriano* ſit relatus.

(h) *Quinque Hutteni* noſtri *pro Ara Coritiana Epigrammata* in *Francofurtana* iſta *editione* leguntur, E 2, quorum tertium eſt:

Orbe perarato terra omnia paſſus & vndis,
Nunc etiam raptum peſte agitante pedem.
Coritii *pietate noua deuoluor ad Aram.*
Hac Auia, *hac* Mater, *hac tibi*, Nate, *prece:*
Da morbum ceſſare pedis (*), *da robur ademptum:*
Sic numquam his deſint ceraque thusque focis.

(i) vid. P. I, p. 109. (k) ib. p. 111.

(*) de hoc *pedis morbo* in prioribus Partibus crebra ſit mentio.

XIMILIANVM IMP. productum, Corona poetica in magno nobilium conuentu donatum eſſe, Parte I memoraui (m). Ad quem priore anno *Epiſtolam* ex *Italia* miſerat, quaſi *ipſa Italia ſcribente*, genere Elegiaco confectam (n); eleganti ad *Nic. Gerbellium, Pontificii Iuris Conſultum*, præmiſſa Epiſtola (o).

Contigit denique nuperrime, vt graviſſimum illud *DIPLOMA*, quod *auguſtiſſimus* hic *Imperator Vlricho* noſtro tum largitus eſt, *autographum* inſpicere mihi licuerit. Cui potiſſimum acceptum referam id, oporteat, in Præfatione, Parti huic præmiſſa, inuenies, optime Lector. Equidem digniſſimum Diploma hoc mecum cenſebis, ſpero, quod typis exſcriptum cum poſteritate hic ſit communicatum. Luculentiſſimum certe Equitis noſtri virtutis ac doctrinæ illud mihi videtur teſtimonium; quo temporum illorum, quibus Germania excellentiſſimorum ingeniorum laude effloreſcere cœperit, felicitas præclare ſimul adumbretur.

MAXI-

(m) p. 111. (n) vid. P. I, p. 106, vna cum p. 107 not. (o).

(o) quæ integra ibidem legitur.

MAXIMILIANVS Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper auguſtus, ac Germaniæ Hungariæ Dalmatiæ Croatiæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ Dux Burgundiæ Brabantiæ &c. Comes palatinus &c. Honorabili noſtro & ſacri Imperii fideli nobis dilecto Vdalrico de Hutten Poetæ & Oratori Gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Conſonum Cæſareæ clementiæ maxime rati honoribus augere eos, quorum virtutis aliqua apud bonos Viros teſtificatio ſit, quod hos ueluti ſtimulo ad optima ſtudia capeſſenda plurimi incitentur. deinde ſic putantes ad noſtram quoque gloriam pertinere, ſi optimi cuiusque vita noſtro inprimis teſtimonio probetur. Vnde te Vdalricum præfatum ex nobili Equitum Familia commendatum nobis a probatis hominibus Iuuenem ſcientes, quod amore literarum Exul factus magna Europæ perluſtrata parte, multa dura & acerba tuleris, etiam uitæ pericula inieris, idque aſſecutus ſis, ut

ut iam tua ſcripta in manibus haberentur, te doctiſſimus quisque per Italiam pariter & Germaniam ob ingenium ac politiorem eruditionem familiariſſime complecteretur, ac interim clariſſimorum hominum publice edita extarent Teſtimonia, quibus inter raros te collocarent. Et quia tu ad Generis claritudinem optimis ſtudiis quæſitam nobilitatem adieciſti, dignum putauimus, qui noſtro quoque calculo probareris. Te igitur Vdalricum coram noſtra Maieſtate & illuſtri Aulicorum noſtrorum Cœtu conſtitutum, motu proprio, ex certa ſcientia, & Auctoritate noſtra Cæſarea Laurea Corona donauimus, exornauimus, aureoque inſuper Annulo iureque & uſu aurei Annuli ob facundiam & eloquentiam tuam decorauimus Laureatumque & Poetam & Vatem & Oratorem diſertum pronuntiauimus, prout tenore præſentium te Laurea Corona per ſacras Manus noſtras decoratum, exornatum, annuloque aureo decoratum Poetam & Vatem & Oratorem facun-

facundum dicimus & pronuntiamus. Dantes & concedentes tibi, & hoc Cæſareo noſtro ſtatuentes edicto, quod de cætero in quibuscunque ſtudiis & generalibus præcipue, tam in arte Poetica quam in Oratoria legere, docere, profiteri & interpretari, ac inſuper omnibus Priuilegiis, immunitatibus, Indultis honoribus, præeminentiis, gratiis, & Libertatibus libere uti, frui, & gaudere debeas & poſſis, quibus cæteri Poetæ a nobis Laureati, ac Oratores freti ſunt & uſi fuere, ſeu quomodolibet gaudent conſuetudine uel de iure. Et amplius ut uberiori gratia noſtra te proſecutum ſentias, Te eundem Vdalricum cum omnibus Bonis, Rebus, actionibus & Iuribus tuis tam præſentibus quam futuris in noſtram & ſacri Imperii protectionem, tuitionem & Saluagardiam aſſumpſimus, & accepimus, prout tenore præſentium expreſſe aſſumimus & accipimus, concedentes tibi & elargientes, ut apud nullum alium Iudicem quam apud Nos & Succeſſores noſtros

Roma-

Romanor. Reges & Cæſares, & Conſilium noſtrum & eorum in ius uocari & Iuri ſtare poſſis & debeas. Mandantes icirco uniuerſis & ſingulis ſacri Ro. Imperii Principibus tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus, Communitatibus, Vniuerſitatibus, Collegiis, & Subditis quorumcunque locorum per uniuerſum noſtrum Romanum Imperium ſitorum, cuiuscunque ſint conditionis, gradus, ordinis, & ſtatus, ut te hac noſtra, quam tibi largiti ſumus dignitate, ac omnibus Prærogatiuis, & inſignibus eius qualiacunque de iure & conſuetudine ſeruentur, uti, frui, gaudere, & potiri permittant nec non te contra prædictam noſtram protectionem impulſare, aut moleſtare ullatenus præſumant directe uel indirecte, ſub pœna indignationis noſtræ grauiſſimæ, ac quindecim Marcharum Auri puri, quas contrafacientes totiens quotiens contrafactum fuerit ipſo facto incurriſſe declaramus per præſentes. quarum quidem medietatem Aerario noſtro Cæſareo, reli-

quam

qnam uero partem tui Vdalrici paſſi iniuriam uſibus decernimus applicandam. Harum teſtimonio Literarum Sigilli noſtri appenſione munitarum. Dat. in Ciuitate noſtra Imperiali Auguſta Die Duodecima Menſis Julii Anno domini Milleſimo quingenteſimo Decimo ſeptimo. Regnorum noſtrorum Romani Triceſimo ſecundo Hungariæ vero Viceſimo octauo (p).

Qua *Epiſtola Huttenus* gratum *erga Conr. Peutingerum* declarauerit animum, quod tam diligenter ipſum *Imp. Maximiliano* commendauerit, P. I (q) oſtendi: cuius *Filiam Conſtantiam* (r) *Coronam lauream accurate*

(p) *MAXIMILIANI Imp. manus ſignum*, quod in ſingulari litterarum characterumve ductu conſiſtit, *Diplomati* eſt ſubſcriptum. *Sigillum* quidem fuit appenſum, ſed, neſcio, quo fato, auulſum eſt.

(q) p. III. (r) *natu maiorem Peutingeri Filiam* hanc fuiſſe, eiusd. P. p. 113, not. indicaui. quam an. 1525 *Melchiori Soitero I. V. D. & Equiti*, nupſiſſe, *Mart. Cruſius Annal. Sueu.* P. III, lib. X, cap. 14, p. 595, teſtatur. *Sororem* eius *Iulianam, quadriennem Puellulam, Maximilianum Imp. Auguſtam venientem, Latina Adclamatione, Reip. quaſi nomine, ſalutauiſſe an.* cIↃ IↃIV, eiusd. p. 113 not. memoravi.

curate ipſi contexuiſſe, atque adornaſſe, Epiſtola illa ſimul prædicauit. Hæc ſatis etiam de temporis iſtius vere aurei felicitate teſtatur. Ipſum illum *annum,* quo *Imp. Maximilianus Huttenum* noſtrum *Laurea Poetica* decorauit, *celeberr. Herm. von der Hardt* ſummo iure *veteri longæ barbariei fatalem plane nominauit* (s), quandoquidem ſub finem eius *b. Lutherus* inter ſcholaſticas traditiones *indulgentias* ſit adgreſſus.

Quum in dubio tum fuiſſet Huttenus, vtrum *Cæſaris,* an *Alberti Archiep. Mog. Aulam,* in quam vtramque erat inuitatus, ſequi deberet, *in Arcem ſuam Steckelbergk Auguſta eum abiiſſe,* ead. P. indicaui (ſ); vbi *Laurentii Vallæ Libellum contra effictam, & ementitam Conſtantini Donationem denuo ediſſe illum, verboſa ac libera ad Leonem X Pont. M. præfatione præmiſſa,* commemoraui (ſſ).

A

vi. id quod repetere hic volui, quia in numero hoc ſphalma ibi eſt typogr. Ipſam illam *Adclamationem* integram P. II de *Fatis linguæ Lat. in German.* Comment. p. 490 inſerui.

(s) in Libello, quem inſcripſit *Auroram in Reuchlini Senio,* ſupra cit. p. 40.

(ſ) p. 118.

(ſſ) p. 119. præter duas iſtas editiones, quas eiusd. p. not. (b) indicaui, tres alias cognitas mihi eſſe, Analect. ad P. I, p. 11, 12, ſignificaui.

A Pontifice hoc *Hutteno* eodem XVII Sæc. anno, quo *Laur. Vallæ Libellum* edidit, *ſacris interdictum eſſe, propterea quod Franciſcum Mariam Ruuereum, Vrbinatium Ducem*, quem, Eccleſiæ Beneficiarium, Pontifex Vrbino tum eiectum Principatu ſpoliauerat, *Ducem ſalutare ſuſtinuerit*, ille, qui *Hutteni vitam* in *Lexico Hiſtor. Vniuerſ.* proxime expoſuit, confirmat. vtrum ipſius Hutteni, an alius ſcriptoris, auctoritate ac fide fretus, id confirmarit, neſcio. me quidem legere id vſquam, non memini. Prius iam ex Chriſtianorum, Sedi Rom. deuotorum, numero eiectum eſſe noſtrum eo nomine a Pontifice, quam ipſi *L. Vallæ Libellum* nuncupauerit, & iam tum, quum eodem anno in Italia adhuc verſatus antea ſit, ſtatuiſſe is videtur. Vtvt eſt, in verboſa illa epiſtola, qua *Vallæ Libellum Kalendis Decembr.* eiusdem anni Pontifici dedicauit, nihil de *ſacrorum interdictione* legitur (ſſ). *Leo X*

 potius

(ſſ) Quod ſi omnino talis contra ipſum publicata eſt: quanti eam æſtimauerit, vel ex his verbis, quæ in *epiſtola* ipſius, quam *ad Bilib. Pirckheimerum Bononia* miſit, leguntur, coniici poteſt: *Neque perſuadebis mihi, vt minoris faciam aliquod* Eraſmi ſpiculum, *quod in malum quempiam detorſerit ille, quam* ſexcen-

potius *orbis amor, humani generis delicium, reſtaurator pacis, bellorum exſtinctor, auctor ſecuritatis, turbarum ſedator, pater ſtudiorum, fomes litterarum, optimarum artium, felicis ingeniorum cultus reparator* prædicatur. Quamvis, vt alibi iam profeſſus ſum (ſt), fidem facillime mihi quis fecerit, Huttenum blandiſſime *Leonem P.* adpellando verum dicere voluiſſe, non talem, qualis hic tum exſtiterit, ſed qualis exſiſtere debuerit, fingentem eum laudantemque.

Priusquam *Alberti Archiep. Mog. Aulam* ſequendam denique decreuerit Huttenus noſter, anno cIↃ IↃ xviii ineunte in *Galliam* eum abiiſſe, P. I probaui (t). vnde reuerſus *Moguntia* verboſam iſtam Epiſtolam ad *illuſtrem virum Hermannum Nuenarium, Com.* qua hunc contra *Capnionis æmulos* confirmabat, miſit, ſcr. *III Nonas Apriles* (*): *VIII Kal. Iun.* vero eiusd. anni *Epiſtolam* illam *Moguntiæ* itidem *ad Conr. Peutingerum* ſcripſit, cuius paullo ante mentionem feci: qua videlicet, grati animi

ſexcentas illius Florentini Excommunicationes; *quæ iam multis & magnis de cauſſis ſileſcunt.* vid. P. I, p. 158.

(ſt) P. I, p. 122.

(t) p. 123. (*) de qua vid. P. I, p. 138.

animi declarandi gratia, ipſi ſuam *ad Principes Germaniæ, vt bellum Turcis inueherent, Exhortatoriam* inſcripſit (tt). Licet Epiſtolæ huius inſignem maxime locum P. I iam inſeruerim (u): initium tamen eius atque finem, quæ ei adhuc deerant ſic, proferam hic: quum digniſſimam eam diiudicem, quæ integra hodieque a pluribus legatur; præſertim, quum & illam *Epiſtolam* (v), quam *Iacobo de Banniſiis, Decano Tridentino, & Caſ. Mai. a Secretis*, inſcriptam, *Huttenus Exhortatoriæ* huic ſuæ ſubiecerat, integram in Analectis (x) protuli. Ecce igitur, optime Lector, laudatæ *Epiſtolæ ad Conr. Peutingerum* ſcriptæ *initium* & *finem*: partem, quæ deeſt hic, me-

F 2 diam

(tt) in Analect. p. 12 faſſus iam ſum, me P. I, p. 125 errauiſſe, vbi ſcripſerim, *Huttenum ſuam ad Principes Exhortatoriam Auguſtæ Vindelicor. conſcripſiſſe;* quum hanc *Moguntiæ* prius elucubratus ſit, quam *Auguſtam* abierit, *Moguntiæ* certe *Epiſtolam* illam *ad C. Peutingerum* ſcripſerit. *Auguſtæ* tamen ipſa *Exhortatoria* eodem anno cIɔ Iɔ xvIII edita eſt, *publico*, vt inſcribitur, *Germaniæ concilio, Maximiliano Auſtrio Imperatore.* exc. *in officina excuſoria Sigiſmundi Grimm, Medici, & Marci VVyrſung*, 4. V conſtat plagulis.

(u) p. 111. 112. (v) quæ data eſt *ex Hutteni Saletudinario Auguſtæ III Id. Octobris.* (x) p. 13.

diam indicata P. I pagina inuenies. *Huldericus de Hutten, Equ. Germanus, Chunrado Peutingero, Patricio Auguſtano* (y), *Salutem. Declamaui his diebus, Peutingere, & cauſſam, ſi Diis placet, arduam declamaui. Conatus ſum tamen, quum, quia argumentum delectabat, tum vero, quia otium ſuppetebat. Id, qualecunque eſt, ad te mittendum putaui primum, vt te aliqua nouitate vtcunque adficerem, deinde, vt animo tuo ſuſpicionem, ſi quam ex illo diuturno meo ſilentio concepiſſes, eximerem. Videri enim poteram, oblitus tuæ in me beneuolentiæ, ſegnius, quam pro dignitate, amicitiam noſtram colere. Sed diſtinuit me quidam, nuntians, epiſtolam ad me tuam, vna cum, neſcio quo, Cæſaris munere, diuagari, & ad me propediem peruenturam. Quam dum exſpecto, vt videam, quo me euehas, ſcio enim, aliquid machinari te, ſimul ſperans, fore, vt in illo Principum Auguſtæ, qui nimis iam differ-*

(y) quem in Epiſtola ad *Bilib. Pirckheimerum* a me ed. p. 51 laudauit *ſtudioſorum omnium obſeruantiſſimum;* in Epiſtola, qua *Henrico Stromero* Dialogum ſuum, qui *Aula* inſcriptus eſt, dedicauit, *Virum* prædicauit, *vt grauiſſimum, ita egregie doctum, & naris emunctæ.* conf. P. I, p. 201, (c). Quantopere hic Vir meliora ſtudia in Germania adiuta voluerit, vtraque mei de *Lat. linguæ in Germania Fatis* Commentarii Parte expoſui, præſertim P. II, p. 487.

diſſertur, Conuentu, ipſe coram de multis colloquar, nihil properandum ad te putaui. Tu vero deſine aliquid ingratitudinis ſuſpicari. Non ſic memoria excidit - - - - adparaueras. Hærent iſta mihi animo, ac diutiſſime hærebunt; tam, quia per ſe magna ſatis ſunt, quam, quia auget ea, quod tibi, ciuitate pariter ac ordine diverſo, accepta refero. Quod vbi cogito, & quia ab ineunte ætate ſic vitam inſtitui, vt quam gratiſſimus eſſe ſtudeam, erga eos præſertim, quorum aliqua in me benignitas, nedum bene meritum, perſpecta ſit, numquam deſino magnifice tuam in me beneuolentiam, tuaque iſta merita commemorare. Quod moleſta fuit hæc tibi taciturnitas mea, da veniam, iugi poſthac litterarum miſſione reſarcire paranti. Et iam quæris forte, quemadmodum me tractet aulica vita. *Nondum optime. Quamquam quid non ferendum eſt, apud vere principem ALBERTVM, Archiepiſcopum? ſic humanum? ſic beneficum, ac liberalem? deinde ſic erga litteras ac litteratos omnes adfectum? Alioqui valde iſta nauſeo, faſtum aulicorum, magnifica promiſſa, ſeſquipedales ſalutationes, inſidioſa colloquia, & inanes fumos. Præcipua tamen mihi conſuetudo eſt cum* Stromero Phyſico (z), *quod*

(z) is eſt *Stromerus*, cui *Huttenus Aulam* ſuam luculenta

quod ſe mira quædam dedit, vt mihi videtur, inter vtriusque mores ſimilitudo. ſimplex eſt, dexter, & apertus: odit fucum, deteſtatur pompam, ac ſubinde mihi crebro inculcat quædam adagia; ipſe viciſſim meos, quandoquidem agnoui talem, iocos communico. Nam ſtatim ab initio, vt in Aulam receptus ſum, perſpecta hominis probitate, complecti cœpi, ac me ille mutuo. Verum tu, quid agis iſtic? aut quando illud nobis, quod diu iam parturis, tandem paris? ſi intelligis, dilatum iri Conuentum, copioſe ſcribe de multis rebus, præſertim ea, quæ in erratica illa epiſtola inerant, retexe. Si ignoras enim, nondum accepi. Salutabis ex me Iacobum Spiegel (a), Secretarium, *mire de nobis meritum, vna cum* Stabio

ta prorſus epiſtola dedicauit; quæ integra P. I, p. 132 ſeqq. a me eſt inſerta: quandoquidem *Dialogum* hunc hortatu eius ediderat. in epiſtola ad *B. Pirckheimerum* p. 47, *bonus* a noſtro Vir prædicatus eſt, *iucundus & dexter.* eius in *bonas litteras merita* perſtrinxi in *Medico Humanitatis Studiorum Vindice*, p. 35.

(a) huic, in laudata modo ad *H. Stromerum* epiſtola, *raræ doctrinæ*, & *iudicii ſingularis hominis* impertiuit laudem: in epiſtola vero ad *B. Pirckheimerum hominem* laudauit, *qui aliis gratus fuerit, ipſi valde iucundus etiam & ſuauis. Eraſmo* etiam in primis gratus fuit: vtpote qui *eleganter doctum*, & *ſtilo felici* eum cognouit *Virum; qui mores plus quam niueos præ ſe tulerit:* vt in Epiſtolis ſuis teſtatur.

Stabio Mathematico (b), *ac illi me commendabis, omnium, qui vsquam ſunt, Epiſcoporum doctiſſimo*, Petro Bonomo Tergeſtino (c), *cuius mihi amicitiam promiſiſti. Geſtio vos videre. Interim tu quoque recte vale.* Moguntia, *VIII Calen. Iunii Anno poſt M. ac D XVIII.*

Ad ipſam *Hutteni ad Principes Germanos, vt bellum contra Turcos concorditer ſuſciperent, Exhortatoriam*, cui hæc ad *C. Peutingerum Epiſtola* præmiſſa eſt, & quam, vt P. I (*) oſtendi, edere prius non licuit, quam Cæſaris Scribæ exemerant nonnulla, quæ liberiora, quam ætas iſta ferre poterat, vi-

 deban-

(b) *Feſtiui admodum ingenii, & minime fucatæ eruditionis Viri* laude ornauit eum Huttenus in eadem iſta ad *Stromerum* epiſtola.

(c) *Friderici* antea, & poſt *Maximiliani* mortem *Caroli* etiam, ac *Ferdinandi, Imperatorum*, fuit a conſiliis; anno CIↃ IↃ XLVI defunctus, quum LXXXVIII habuerat annos. *Maximiliano* Imp. virtutem ac eruditionem ſuam adeo probauerat, vt *Viennenſis* & *Tergeſtinus* vno tempore offerretur ipſi *Epiſcopatus*: quorum hunc elegit; optime de eo promeritus. vid. *Lexicon Hiſtor. Vniuerſ.*

(*) p. 33. & 194, (tt). *infelicem* propterea adpellavit *Declamationem*, quod *meliorem ſui partem ſic perdiderat.*

debantur, quod attinet (d): *Ioannes Faber*, *Albertus Pius*, & *Odoricus Raynaldus*, grauiter ſolideque ex ea poſſunt refelli: quippe qui palam adfirmare haud erubuerunt (e), *Vlricum Huttenum*, *Romanæ Eccleſiæ*

(d) Quid ſit, cur *Nicol. Reuſnerus*, *Leorinus*, *Hutteni* hanc *Exhortatoriam IV* iſtis *Voluminibus Selectiſſimarum Orationum & Conſultationum de Bello Turcico*, *variorum & diuerſorum Auctorum*, *Lipſiæ*, an. 1596, 4, ab ſe editis, non adiecerit, ſuſpicari non queo, quum tamen non ſolum *Imp Maximiliani I*, *de Bello Turcico*, *ad Principes & Ordines S. R. Imp in Comitiis iſtis habitam Orationem*, & *Alberti Archiep. Moguntini Electoris*, in cuius Aula verſabatur tum *Huttenus*, *Reſponſionem ad Maximiliani Orationem*, ſed multas etiam alias in *Comitiis* his habitas *Orationes*, emiſſasque *Conſultationes*, iis inſeruerit. æque digna ſaltem *Hutteni Exhortatoria* mihi videtur, quæ poſteritati in Voluminibus iſtis tradi debuiſſet, ac aliorum Conſultationes.

(e) vid. ipſius iſtius *Odorici Raynaldi Annales Eccleſiaſtici*, *ad an. iſtum cIↄ Iↄ xviii.* quamuis nominatim *Oratio* dumtaxat in margine citetur, quæ apud *Freherum*, *T. II Rerum Germanicar. Scriptorum*, reperiatur: in ipſis tamen *Annalibus* hæc verba leguntur: *eo prorupit ſeditio*, *vt etiam orationes plenæ ſchiſmatico furore hoc anno habitæ ſint*, *ne pro fide in Turcos ſumerentur arma.* Ad *Orationem* illam quod attinet, P. II, p. 301 (o), faſſus iam ſum, liquido me adfirmare non audere, *Huttenum* eius *auctorem* eſſe. Verum, ſiue *Huttenus* auctor ſit, ſiue

cleſiæ hoſtem inſenſiſſimum, obſtitiſſe, ne ſacrum bellum in Turcas decerneretur; quum eius in primis calumniis, in Pontificem ſcommatibus, argutiis ludibriisque cæcos Germanorum animos dæmon ita efferauerit, vt, licet Maximilianus, Imperator deſignatus, Cæſaream publico reſcripto fidem obſtrinxerit, decumas, vel alia ſubſidia, in nullos prorſus alios vſus, quam in ſacri belli ſumptus conuertenda, idemque palam conteſtati ſint Legati Apoſtolici, infectæ tamen Luterano veneno (f) *mentes nullum ſanum conſilium admiſerint.* Vt quodammodo palam fiat, quam ſerio Huttenus bellum, contra Turcos ſuſcipiendum, ſuaſerit; & F 5 quanta

ſiue *Crotus*, ſiue alius, oſtendi, *eum bellum contra Turcos gerendum non diſſuaſiſſe, ſed hortatum eſſe Principes, ne imponi amplius ſibi paterentur a Pontificis Legatis, quandoquidem Decimæ iſtæ non in bellum iſtud, ſed in luxum inſumerentur:* id quod probatu procliue erat. *alios* itaque *Turcos debellandos prius eſſe*, cenſuit orationis auctor, *quam impetus in perpetuos iſtos ac infenſiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes fieret.* Vtvt eſt: *contra Turcos bellum gerendum eſſe, Huttenus* in illa *Oratione*, cui *Nomen* ſuum adiecit, & quam *C. Peutingero* dedicauit, libere prorſus grauiterque monſtrauit: adeo, vt indignus ſit, in quem Triumuiri iſti nominatim tam malедice contumelioſeque inuehi ſuſtinuerint.

(f) *Huttenum* nondum *Luthero* palam tum fauiſſe, probare hic nihil attinet.

quanta is ea re iniuria a Triumuiris iſtis adfectus ſit: quædam ex hac *Hutteni Exhortatoria* loca proferenda eſſe, arbitror. -- *Tria certe, quæ tuenda omnino ſunt, niſi & geritis bellum, & mox geritis, amittentur. De fortunis vobis veſtris, de dignitate, de ipſa denique ſalute, certandum eſt. quorum primum illud ſi negligetis, calamitatem, ſecundum turpitudinem, tertium exitium, adferet. Ergo erit hoc bellum vtile, quia ſic rebus veſtris conſuletis: idem erit honeſtum, quia pro dignitate tuenda vitam exponetis; eritque neceſſarium, quod niſi geratis, vos eſſe non poteritis. --- Vos Turcas a ſpurciſſima omnis barbariei colluuione proflatam gentem, & quæ ad vos, non vt imperet, ſed vt occidat, venit, infenſos religioni, ac nomini Chriſtiano plus, quam credi poſſit, inimicos feretis Reges? --- Denique vlli ſuſpicio eſt, mitem fore eum victorem; cui quum ingenitum eſt acerrimum aduerſus Chriſtianos odium, tum vel maxime ſtudet eos perdere, a quibus perniciem ipſe ſibi proſpicit? Adeo omnia nobis a Turcis infenſa & atrocia imminent. Neque ego ſinam, niſi me non auditis, vllam putare vos humanitatis aut dexteritatis in hoc portento micam reſidere. --- Quem nulla tenet regnorum noſtrorum cupido, ſed inſatianda cædis ac ſanguinis*

ſitis.

ſitis. Qui nos omnium nationum maxime exſtinctos vult. qui quanto quis virtute præſtantior eſt, tanto inſenſius odit ac perſequitur, hoſtis hominibus, hoſtis religioni. immo vero hoſtis humanitati, hoſtis Deo. Orationis argumentum & ex egregio hoc, quod *Huttenus* ei ſubiecit, & ad *Germanos ſuos Exhortatorium* inſigniuit, *Carmine* dilucide admodum perſpici poteſt.

Dormitum nimio plus eſt, exſurgite, Ciues,
Et curam fracti corripite Imperii!
Dormitum nimio plus eſt. iam Pannonas acer
In veſtro pulſat limine Turca fores.
Dum vos ſomnus habet (tantum eſt vigilare) pudendo
Dedecore, & noſtris cladibus hoſtis adeſt.
Hoſtis adeſt, vigilate, viri, vigilate repente!
Iam feret externum Teutona terra iugum.
Hoc tulerit Rhenus, tulerit Germania pugnax,
Hic Aſiam domina ſceptra tenere manu?
Et quod Roma potens tunc, quum ſe in flore videret,
Non potuit, numquam Gallia quod potuit:
Non crudi potuere Scythæ, Dacique, Gethæque,
Quod non finitimi Sarmata cultor agri;
Hoc Turcas potuiſſe leues hæc viderit ætas?
Et, pudor, ex Aſia ſenſerit imperium?

Ab

Ah alacres vbi nunc animi? vigor ille vbi, Ciues,
Qui fuerat, poſt tot ſæcula notus adhuc?
Tanta atauos feciſſe, neque id neſcire nepotes,
Exemplum vitæ non capere inde tamen!
Ecce ruit, victaque Aſia, Aegyptoque ſubacta,
Quod ſupereſt, in nos agmine Turca mouet;
Bellorumque omnes curas, molemque ſuperbam,
In populos Rheni Danubiique vehit.
Nec venit, vt regnet, venit, vt (me audite) trucidet,
Vt iugulet: ſola hæc pectore cura ſedet.
Si iuuat vsque ignaua ſequi, virtute relicta,
Nec famam egregio Marte pacare iuuat.
At vitam retinere opus eſt, patriamque tueri,
Extremam & lapſis addere rebus opem.
Quod niſi nunc fiat, niſi nunc Germania ſomnum
Deſerat, ignauas diſſoluatque moras.
Aut totum ruet Imperium, resque ipſa, homineſque:
(Ah pereat, Turcas qui negat eſſe viros!)
Aut feret hunc Gallus, feret hunc Hiſpanus honorem,
Obiectum nobis præripietque decus.

Quantum quantum imminere tum videbatur Germaniæ a Turcis periculum: libere tamen atque ingenue Huttenus in illa,

illa, quam *Exhortatoriæ* iſti ſuæ itidem ſubiecit, *Epiſtola* (ff), *ad Iacobum de Banniſiis* (g) ſcripta, *ſe vereri*, confeſſus eſt, *ne vllis aliquando exhortationibus effici poſſet, vt, quibus maxime, & in primis eſſe debuerit, cura iſtiusmodi rerum eſſet.* Adeo non mouiſſe iſto tempore, quæ exitium Imperio, exitium Patriæ, atque adeo exitium Religioni minari viſa ſint! Audacter etiam ſatis paullo poſt ad *B. Pirckheimerum* ſcripſit (h): *Dimiſſum eſt hic Concilium: quod an aliquid hominum exſpectatione dignum pepererit, ignoro: quamquam haud penitus ignoro. nihil enim peperit. Legatus Pontificis, hians lupus, diſcedit, nihil a Germanis pecuniæ referens. quod non tam improbo, quam iraſcor, de bello Turcico nemini curam eſſe* (i). *Atque igitur, ita me ſalus ſeruet,*

(ff) quam ſcriptam *III Idus Octobris*, & integram Analectis inſertam eſſe, ſupra indicaui.

(g) hunc in Epiſtola ad *B. Pirckheimerum*, p. 50 laudauit *Virum in primis doctum ac eloquentem: de quo illud ſentire ipſe conſueuerit, quod de Neſtore Agamemnon, optans, vt decem tales habuerit Cæſar conſultores.* conf. P. I, p. 201.

(h) *VIII Calend. Nouembr. eiusd. an.* cIɔ Iɔ xviii. in illa videlicet verboſa *Epiſtola*, quam integram ego P. I præmiſi.

(i) *Maximiliano Imp.* curam futuram fuiſſe, niſi egregios

ſeruet, vt velim ad ipſum Germaniæ limen pulſare nos Turcas: quo iſti excitentur aliquando cunctatores.

Priusquam *Auguſtæ*, quo *Moguntia Alberti, Electoris, Aulam* ſecutus erat, *Exhortatoriam* iſtam emittere *Hutteno* licuit, *Nemo* eius ibi *menſe Auguſto reuixit, Croto Rubiano* diſertiſſima, & liberiori epiſtola *dedicatus*. Quomodo reuiuiſcere potuerit *Nemo* hic, exputare antea non poteram, quam exploraui, eum ſexennio prius natum (k), exſtinctum interea eſſe. Quid turbarum *Nemo*, ſtatim vt reuixerit tum *Auguſtæ* (l), inter cerebroſos ac ſtolidos homines

gios conatus, & optima conſilia, ipſius toti Reipublicæ luctuoſiſſimus obitus anteuertiſſet; dum exſtinctus ſit pridie Idus Ianuarias CIↃ IↃ XIX, *Georgius Sabinus* cenſuit, in *Commentatiuncula*, quæ ipſius *Imperatoris Maximiliani, de Bello Turcico ad Principes, & Ordines S R. Imp. in Comitiis iſtis habitæ Orationi* partim præmiſit, partim ſubiecit; *Orationum & Conſultationum, de Bello Turcico, coniunctim editarum, recenſente Nicol. Reuſnero*, Volum. I, p. 64.

(k) de *priore* iſto *Nemine* copioſe ſupra a me actum eſt, p. 37 ſequ. qui p. 39, ſeqq. integer inſertus eſt a me, XLVIII conſtans diſtichis.

(l) locupletior ornatiorque: ſiquidem LXXVIII conſtat diſtichis. Duodecim iſtis *renati*, ſiue *poſterioris, Neminis* editionibus, P. I, p. 126 (g) & in

Ana-

nes excitauerit auctori, ipſe *Bilib. Pirckheimero* pluribus verbis expoſuit (ll).

Hutteni Dialogus Aula Auguſtæ etiam non ita multo poſt, quam *Nemo* ibi reuixerat, lucem adſpexit (m). cuius conſcribendi occaſio ex *Epiſtola*, qua *Henrico Stromero* eum nuncupauit, & quam integram P. I protuli (n), penitus cognoſcitur. *Guilielmi Inſulani*, *Menapii*, *Greuibrugenſis* (o), *Dialogum*, *Aulam* itidem inſcriptum, ex-ſtare,

Analectis ad hanc, p. 6 (g) & p. 14, 15, a me commemoratis, (inter quas ſeptem ſunt, quibus binæ iſtæ *Hutteni Epiſtolæ*, vna ad *Crotum Rub.* altera ad *Iulium Pflugk*, in Italia tum commorantem, acceſſerunt) additam in præſenti volo editionem illam, quæ *Ienæ* lucem adſpexit. in *Libello* videlicet, qui ibi an. 1694, 8, *Nemo & Nihil* inſcr. prodiit, & cuius ſupra iam p. 4 (k) memini; *Hutteni Nemo* primum in eo obtinet locum; cui quidem ad *Crotum* epiſtola præfixa eſt, at ea, quam auctor, ad *Iulium Pflugk* ſcriptam, ei ſubiunxerat, eſt omiſſa. Illius editionis, quam an. CIↃ IↃ XIX, *Baſileæ* ap. *Io. Frobenium* editam eſſe, in Analect. c. l. indicaui, mentionem fecit *cel. Maittaire Annal. Typograph.* T. II, P. I, p. 340: excerpta quædam in ſubiectis notis ex *Hutteni ad I. Pflugk epiſtola* proferens.

(ll) in epiſtola I Parti a me præmiſſa, p. 45, ſeq.

(m) *d. XVII Septembr. in officina exc. Sigiſmundi Grimm, Medici, & Marci VVyrſung.* conf. P. I Analecta p. 15.

(n) p. 133. (o) qui *Eccleſiæ D. Adalberti Aquenſis* fuit

ſtare, eadem Parte (p) iam indicaui. in cuius titulo licet adſeuerauerit auctor, *&* *Aeneæ Syluii* (q), *& Vlr. Hutteni, in Aulam Criminationes refelli partim ac deriuari, partim attenuari* ab ſe in Dialogo: extrema tamen, quæ præmiſſa huic eſt, Epiſtola (r) [illegible] is

fuit *Præpoſitus*, & inter alia *Febris quartanæ* conſcripſit *Encomium*, vtraque *Hutteni Febre* fortaſſe etiam adductus. Plura de eo extrema hac Parte loquendi mihi erit occaſio: vbi de controuerſia, quæ *Hutteno* cum *Eraſmo* exſtitit, ſermo denuo inſtituendus erit.

(p) p. 131 (h) *Alterum* de eodem argumento *Dialogum* meditatum eſſe *Inſulanum*, ex *primæ Dialogi editionis*, quæ *Coloniæ an. 1539 ap. Melch. Noueſianum in 4* prodiit, fine didici. At alterum iſtum Dialogum editum non eſſe, ex *Francofurtana editione*, qua an. 1606, 8, *Balthaſaris Caſtilionis Comitis de Curiali, ſiue Aulico, Libris IV* prior ille Dialogus adiectus eſt, colligo. poſterior enim, ſi exſtitiſſet, acceſſiſſet ſine dubio.

(q) cuius *Libellum, Aulicorum miſerias copioſe explicantem*, an. cIↃ CCCC XLV conſcriptum, paullo ante, quam *Huttenus Aulam* ſuam emiſit, amantiſſimus huius *Henr. Stromerus* ſupra laudatus, denuo edidit, *Moguntiæ ap. Io. Schœffer excuſum:* anno nempe cIↃ IↃ XVII, 4. eximia ei præfixa præfatione: quæ integra P. I notis p. 132, ſeqq. a me eſt inſerta; quum viderem, hanc ab *Henr. Petreo* in *Enchiridio*, cui *Syluii* etiam *Opuſculum* inſeruit, & quod mox a me denuo citabitur, eſſe omiſſam.

(r) qua *Dialogus Bonifacio Amorbachio* eſt dedicatus.

is ſcripſit: *Huttenus, ſi minore ſpiritus impetu vehementiaque, quam olim, loqui videbitur, mitigatum tempore ingenium exiſtimabimus: (quid enim non domat tempus?) & ſedatum animum hominis, a, neſcio qua, recens concepta offenſione aduerſus certos Germaniæ Principes: niſi forte putabimus, quod ego libentius ſequor, non puniendi doloris ſui, ſed exercendi ſtili gratia luſiſſe ipſum in Aulam. Ceterum, quomodo tandem res ſe habeat,* Hutteni linguam & ingenium amamus, *nihil adeo in ipſum dicturi aſperius; vt nec Socrates & Adimantus apud Platonem agant inuicem familiarius.* Aſpere nihil *Menapium* in *Huttenum* in ipſo *Dialogo* dixiſſe, in quo ipſi familiariter ac amanter loquentes inter ſe introducuntur, vel *Dialogi initium hoc* declarat. Menapius. *Sum quandoque mecum admiratus*, Huttene, *ſuſceptum abs te conſilium fuiſſe*, migrationis ex Aula Moguntini Principis; *quippe vbi conditionem ſatis honoratam & vtilem habueras, viderenturque mihi cuncti propemodum aulici præcipuo erga te amore adfecti. Sed tamen dum ſuper ea re diſputationem tecum adgredior, ſic habeas velim, non id me facere ſtudio adducendi nomen tuum in periculum inconſtantiæ leuitatisve alicuius, ſic, vt criminationis inuidiam accu-*

ſes: ſed magis adeo, vt collatione argumentorum inuicem facta, iuſtæ videlicet diſputationis ad inſtar, inter nos poſtremo conſtet; tantumne commodorum & ſuauitatis in ſe habeat Aulica vita, vt bono frugique viro videatur expetenda: an contra potius tantum incommodorum & moleſtiæ, vt vitanda ſit & fugienda? Priusquam autem ad caput quæſtionis accedamus, gratum mihi feceris, vbi conſilii factique tui rationem de relicta Moguntini Principis Aula mihi forte explicueris. Huttenus. *Quia viſum erat non ex honore meo futurum, ſi ſententiam damnatæ vitæ Aulicæ proprio redarguerem exemplo: poteratque haberi ridiculum, ſi in* Aulica vita *colenda perſeuerauiſſem, qui* nihil *ea* miſerius aut infelicius,*paullo ante* edito Libello docueram. *Et certe res ſic habet. Male igitur factum abs te, quod ſecus, ac oportuit, de grauitate prudentiaque conſilii noſtri exiſtimaueris, etſi verbis te diſſimulare mentem, intelligo. Nam quod ad initum genus ſeruitutis illius attinet, rem tibi ſignificabimus ſimpliciter ac ingenue. Illecti captique fuimus ſpecie quadam aulici ſplendoris faſtusque. namque pulchra res & iucunda videbatur, vna cum Principe primoribusque nationis noſtræ viuere & colloqui familiariter, cedere nobis loco, & adſurgere turbam inferiorem, amplis*

magni-

magnificisque titulis adpellari conſalutarique. Veſtitus praeterea nouitas & diſcrimen a vulgari placebat: vt conceſſae auctoritatis inſigne quoddam circumferremus vbique; vnde ſic attollebatur animus, mutabaturque, vt tragici hiſtriones cum noua veſte nouam ſubinde perſonam non ſine decoro quodam actionis & ſcenae plauſu ſolent induere. Ceterum poſtquam res tota penitus perſpecta eſt, nullam ego viuendi conditionem iudicaui deteriorem. Quod igitur Aulam ſum ingreſſus, praecipitis conſilii erroriſque fuit: quod reliqui, magiſtra rerum humanarum experientia ſuaſit & docuit.

Hoc *G. Inſulani Menapii Dialogi initium* eo etiam nomine adferendum, cenſui, quod *Hutteniani de Aula* (s) *Dialogi argumenti* inſtar

(s) *Aen. Syluium* & *Vlr. Huttenum Menapius* eos exſtitiſſe, cenſuit, *qui ſoli apud Latinos partes ſibi ſumpſerint, & profeſſionem cum miniſtris regiis dimicandi.* Quas partes poſthac praeter alios ſumpſiſſe ſibi, novimus, *Dan. Eremitam, Antwerpianum;* cuius *Aulicae Vitae ac Ciuilis Libros IV*, cum *variis eius Opuſculis*, an. 1701 *celeb. Grauius Vltraiecti* nitidiſſime excudendos denuo curauit. *Conr. Celtes, Hutteni ciuis*, qui artem Poeticam inter Germanos feliciter reſtituit, antea *in Mores Aulicos Penthicen* ad *Grac. Pierium* ſcripſit, Lib. II, Od. IX. in qua media haec leguntur verba:

Nemo

ſtar eſſe poteſt. Integrum hunc ab *Henrico Petreo, Herdeſiano* (ſ), *Aulicæ Vitæ, & oppoſitæ huic Vitæ priuatæ, a diuerſis, tum veteribus, tum recentioribus Auctoribus, luculenter deſcriptæ, atque in Enchiridion collectæ* (ſſ) adiectum

Nemo hic per altum ſidera cardinem
Miratur, aut quæ vita beatior
Paranda ſit curtum per æuum,
Quidve ferat ſpecioſa virtus:
Sed mente turgens ambitio furit,
Humorque teter, qui premit inuidos,
Et ſpes pererrans turbulentis
Pectora non bene firma curis.
Quæ Regis Aulam *& Cæſaris obſident,*
Velut cruentus tartara Cerberus,
Et monſtra quæ portis auerni
Terrificis reſident figuris.

Liberius *Eob. Heſſus, Hutteni æqualis,* in *Aulam* his invectus eſt verſibus *Io. Megobacho* inſcriptis, Lib. III *Epiſt. famil. Marpurgi* in fol. ed. p. 66, 67.

Qui velit & flores & fructus perdere vitæ,
Seruiat infelix, Aula *moleſta, tibi.*
Nil agere, & curis ingentibus eſſe grauatum,
Si cupis, infelix hoc dabit Aula *tibi.*
Libertatis amans, ſtudiis melioribus aptus,
Delicias fugiat, ſi ſapit, Aula, *tuas.*
Tantum cum ſtudiis ventoſæ conuenit Aulæ,
Quantum cum vita, mors animoſa, tibi.

(ſ) *Scholæ Francofurtenſis ad Mœnum Rectore.*

(ſſ) *Enchiridion* hoc bis *Francofurti* an. 1577, & 1578, 8, prodiiſſe, cui poſtremæ editioni *Ant. a Gueuara de*

iectum eſſe, P. I indicaui. *Nobili & ſtrenuo BERNHARDO HVTTENO in Franckenbergk, Equ. Fr.* (ſt), a *Petreo* is dedicatus

G 3 eſt;

de Vita aulicæ moleſtiis priuatæque commodis Commentatio acceſſerit, P. I, p. 130 (h) oſtendi. Cum *Syluianis miſeriis Hutteni Mare aulicum* coniungendum viſum ſibi eſſe, declarat *Petreus*, in priore epiſtola dedicatoria, ad *Io. Fichardum*: qua, anno iam cIↃ IↃ LXXV *Baſileæ Rauracorum* ſcripta, faſſus eſt, hunc *Hutteni Dialogum* a *Io. Poſthio, Medico Poetaque celeberrimo, & præcipuo Muſarum ad Mœnum patrono*, qui a *viro clariſſ. Ioach. Camerario, Reip. Norimb. Medico præſtantiſſimo*, commodatum eum acceperit, ſecum eſſe communicatum. Ipſum *Huttenum Dialogum* ſuum adpellaſſe *Mare aulicum, omni monſtrorum genere, omnibus portentis refertum*, monſtraui P. I, p. 193.

(ſt) de quo vid. ſupra p. 19. Dedicatus ei eſt *Dialogus*, anno itidem cIↃ IↃ LXXV. cui verboſum ſimul præmiſſum eſt *Carmen, nobilitate generis, & virtute in primis claro, GEORGIO LVDOVICO HVTTENO, Equit. Franc.* nuncupatum. qui *Bernhardi frater* fuit: & qui ſupra a me itidem laudatus eſt, p. 20 (ll). in illa ad *Bernhardum* epiſtola declaratum iuit *Petreus, Equitibus his Vlrichi, agnati ſui, memoriam merito cum primis gratam fuiſſe: cuius virtutem, meritaque in patriam, immortali poſteritatis memoria celebrari, vniuerſæ intereſſe familiæ.* quem in Carmine, *Georg. Ludouico* inſcripto, ita laudauit:

At decus Huttenus *doctarum grande ſororum,*
Arte fuit nullis, eloquiove minor.

Nobilis

eſt; quem ab *Andrea Voit à Reineck, Equ. Fr.* ita collaudatum eſſe (t), confirmat: *Aulam Hutteni, vt mihi eius cognoſcendæ copia data eſt, magna animi voluptate perlegi. etenim & argumenti nouitate, & facundia ſermonis, & operis artificioſa οἰκονομία, perquam feſtiuus mibi viſus eſt*

Nobilis vt fuerit, generiſque propagine clarus,
Nobilior ſtudiis ingenioque fuit.
Ciuibus ille ſuis, Patriæ florentis amore,
Auxilium calamis ſæpe manuque tulit.
Ille erat Oratorque tonans, idemque Poeta,
Cui daret Aoniam Calliopea chelyn.
Carmine Medoacum tenuit, Tybrimque Padumq;
Et Rheni tumidas nobilioris aquas.
Nec pius in ſomnos, fœdæ nec in otia vitæ,
Certa ſed in patriæ commoda natus erat.
Oderat ignauos, tantum qui nomine, non re,
Sunt homines, titulis turba ſuperba ſuis.
Nec ſolum virtute ſua ſua ſæcula iuuit;
Cura pio maior poſteritatis erat.
Hinc tot virtutis veræ monimenta reliquit,
De ſanctaque pios relligione libros.
Hinc toties vitiis indicit amabile bellum,
Nosque ſalutifera de pietate docet.
Hinc docet incautos ambages Aulicus Aulæ,
Hanc & luctificum differit eſſe Mare.
Perge igitur, Luduice, tuæ ſpes optima gentis,
Et decus Huttenæ præſidiumque domus:
In quo magnanimi facundia docta reuixit
Vlrici, *ac patriæ pæne ruentis amor.*

(t) in epiſtola quadam ad ſe reſcripta.

eſt ille Dialogus, quique egregiam ingenii Hutteniani vim, *&* differendi facultatem excellentem *haud obſcure redoleat: dignumque arbitror, qui inter* eruditos luſus *cum primis haberi, & ab interitu vindicari debeat. Cuperem enim, permultos de Francica Nobilitate huius Viri veſtigiis inſiſtere, virtute, eruditione, & induſtria immortale nomen ac decus parare.* Inter *Hutteni* ſcripta *Aulam* eminere, eruditi hodieque iudicant (tt).

Referenda etiam eſt inter ſcripta, *Auguſtæ ab Hutteno* edita, *longa* illa ac *diſerta Epiſtola ad Bilib. Pirckheimerum* (u), qua *vitæ ſuæ rationem* expoſuit. quæ quum denuo a me foras data notisque illuſtrata ſit (v), nihil habeo, quod his addendum hic putem. Quia ad *Iulium Pflugk* ſcripſit *Auguſtæ* (x), ſe, quantum per negotia licuerit, præter *Orationem ad Principes exhortatoriam, Dialogos aliquot* confeciſſe, ſuſpicor, *Dialogum*, qui *Febris I* inſignitus eſt, ibidem etiam

(tt) iudicauit ita *Carol. Arndius* in *Bibliotheca Aulico-Politica*, p. 36: vbi *Hutteni Vitam* breuiter exponit, & *Aulam* eius copioſe laudat, *Argentin.* etiam huius *edit. an. 1559* memorans.

(u) *VIII Kalend. Nouembr.* ſcripta.

(v) P. I præmiſſa, & illuſtrata eſt a pag. 145-211.

(x) *IX Kal. Septembres* iam; epiſtola, quæ *Nemini reſtituto* eſt ſubiecta.

iam eſſe elaboratum: qui anni inſequentis initio lucem adſpexit. Quod ſi quis reputauerit, auctorem *Auguſtæ* morbis grauiter eſſe conflictatum (y), erit ſane, quod vehementer miretur, eum tot ſeriis & iocoſis ſcriptis, tam breui temporis ſpatio, elucubrandis, parem fuiſſe. de animi ingeniique eius viribus coniectu inde procliue cuilibet erit. Quum febri *Auguſtæ* laborauerat, *febrim, ſchedulæ inſcriptam*, ad *Fuggerum*, apud quem *Cardinalis Sixtus* moratus ſit, miſiſſe noſter, dicitur (z), quia melius ibi & delicatius tractari poſſet, quam apud ſe (a).

Vergente igitur anno cIɔ Iɔ xviii *Auguſta Moguntiam* rediit *Huttenus*. Sub reditum ſuum hos verſus, quibus de morbo valde queritur, ad *Chriſtophorum Hacum* (b) ſcripſiſſe eum, arbitror (b).

Huc

(y) vid. P. I, p. 49. & p. 212.

(z) vid. *Locorum communium collectanea*, a *Io. Manlio in ordinem redacta*, p. m. 449.

(a) conf. P. I, p. 213.

(b) ad quem inſequenti anno *Carmen* illud *elegiacum* ſcriptum eſt, quo quis *Eraſmi mortem deplorabat:* hunc enim diem obiiſſe, rumor tum percrebuerat. vid. *Eraſmi Epiſtola CCCCLIV*, *edit. Leidenſ.*

(b) ſcriptum ſaltem eſt *Moguntiæ an. cIɔ Iɔ xviii.* deſumpſi

Huc huc Muſa meis laſſa doloribus:
Quæ mecum ſterili tempore deſides,
Et morbi vitio carmina negligis,
Hoc te temporis excita!
Ceſſit lætitiæ, quod doluit, nouæ,
Soluuntur refugis membra tremoribus,
Confeſtim videor reſtitui mihi,
Morbis liber ab omnibus.
Ne te cauſſa tamen tam ſubiti boni,
Et noſtri lateant ſemina gaudii,
Aduentu egregii proſilui Viri,
Qui me adfatur amiciter.
Illum Pierides, neſcio quæ, mihi
Certe ſuauiloquæ, candidulæ, bonæ,
Dulces, blandiſonæ, grata leuamina
Duris caſibus adplicant.
I, dextram Iuueni comiter iniice,
Et raptis iterum ſuauiter oſculis,
Cum noſtro illud aue nomine dixeris,
Duc tecum mea viſere.

Eodem anno *Huttenum* prius, quam *Auguſtam* abierit, *T. Liuio, ex antiquo Aedis S. Martini, in vrbe Moguntia, codice auctiori edito,*

 lucu-

ſumpſi illud ex *Libello altero, Epiſtolas complect. Eob. Heſſi & alior. doctiſſimor. Viror. nec non Verſus varios Lipſ.* a *I. Camerario*, an. 1557, 8 ed. K 4, b. vbi *Eobani Heſſi, Euricii Cordi* & alior. Epiſtolæ ac Verſus ad eumdem *Hacum* ſcr. inueniuntur.

luculentam iſtam *Epiſtolam* præfixiſſe, qua *Liuium* hunc *Alberto*, *Archiepiſcopo*, dedicavit, in Analectis (c) conieci. Exploratius in præſenti ſtatuo, *luculentam* admodum hanc *Epiſtolam* poſtea, quam *Huttenus Moguntiam* redierit, anno cIɔ Iɔ xix iam procedente, ab hoc potius eſſe conſcriptam (d): præſertim quum *Eraſmi Roter.* etiam *Epiſtola ad Miſobarbaros & Philomuſos*, eidem editioni præmiſſa, VII Cal. Mart. anni cIɔ Iɔ xix ſcripta ſit (e). *Hutteni*

(c) p. 13, 14.

(d) licet in calce libri legatur: *Moguntiæ in ædibus Ioannis Scheffer, menſe Nouembri An. MDXVIII:* præfixum tamen *Priuilegium*, *a Cæſarea Maieſtate conceſſum, die IX Menſ. Decembr. eiusdem anni* ſcriptum demum eſt. De hac *Liuii editione* legiſſe iuvabit *cel. Io. Alb. Fabricii Bibliothecæ Latinæ* P. I, p. 182. & *cel. M. Maittaire Annal. Typograph.* T. II, P. I, p. 333. vterque *Hutteni Epiſtolæ* facit mentionem: hic quidem multa ex ea notis addidit.

(e) in qua hæc leguntur verba: --- *Atque huius quidem laudis præcipua portio debetur huius, pæne diuini dixerim, opificii repertoribus: quorum princeps fuiſſe fertur, totius æui memoria celebrandus*, Ioannes Fauſt, *auus eius, cui Liuium hunc, tum auctum duobus voluminibus, tum innumeris locis ex codice vetuſtiſſimo caſtigatum, debemus: vt hoc egregium decus partim ad* Ioannem Scheffer, *velut hereditario iure deuoluatur, partim ad* Maguntiaci ciuitatis, *& alias multis nominibus inclitæ, gloriam pertineat.*

teni Epiſtola digna mihi omnino videtur, quæ, vt ab interitu adſeratur quodammodo, integra hic adponatur. *Ad reuerendiſſ. in Chriſto Patrem, illuſtriſſ. Principem, ALBERTVM Brandenburgen. Cardinalem, Archiepiſcopum Moguntin. & Magdeburgen. Principem Electorem, Primatemque,* Vlrichi Hutteni Equ. *in* Titum Liuium Hiſtoricum, *libris auctum duobus,* Præfatio. *Auctus nuper, recuperata quadam minime contemnenda ſui parte* T. Liuius, *cum ſecum ipſe conſultaret, vbi, & cuius ſub inſcriptione in lucem exiret, hanc noſtram ſibi delegit* auream Moguntiam, *Pater ac Princeps colendiſſime; inter alias Europæ vrbes digniſſimam ratus, arbitror, vbi renaſci gauderet, tuaque perſpecta ingenti erga ſtudioſos ac litteratos omnes benignitate, aptum ſe inueniſſe putauit Principem, cuius auſpiciis prodire in publicum, ac mundo ſe oſtendere vellet. Ille ſcilicet aut cogitauit hæc, aut non inepte a nobis cogitaſſe, putari debet. Nam ſi vel locum voluit* Liuius *aliquem ſuo decorare egreſſu, quem debuit vrbi artis omnium, quæ vsquam ſunt, aut vmquam fuerunt, præſtantiſſima inuentrici, ac alumnæ (impreſſoriam puto, quam hæc dedit) præferre? Vel hominem deligere ſibi, cuius impreſſum fronti ſuæ nomen, veluti temporis monetam,*

netam, quoquo ire contingat, honoris cauſſa præferret; alium certe maluiſſe neminem crediderimus, quam te, cuius in euehendis litterarum ſtudiis, ac augendo optimarum diſciplinarum cultu, incredibilis ardor ac mira induſtria, in percolendis vero doctis hominibus immenſa liberalitas ac regia plane munificentia. Hæc efficiunt, vt omnes, quotquot ſumus, aut hominum opinione docti, aut re vera recte ſtudioſi, ad vnum hoc quoddam velut aſylum confugiamus, quanquam tu non ſuſtines confugientes nos, verum cunctantes ad te vltro rapis. Poſſem hic referre, quos viros, quam tu familiariter arceſſiueris, quæ dona aliis dederis, quanta multis pollicitus ſis, quomodo pecunia pariter ac dignitate nonnullos auxeris & tua Aula vt aperta ſit doctis hoſpitaliſſime viris, niſi ſcirem, multum a tua alienum eſſe modeſtia, in Liuii *præfatione tuarum tibi laudum encomium legi. Certe profecto & locus eſt opportunus hic, vbi non renaſci tantum velit eximius Scriptor, ſed oriri etiam olim potuerit, & tu dignus, qui patronum in vulgo* Liuii *agas. Neque viciſſim, vt tua fretus bonitate dicam aliquid libere, indignus ille, qui tibi offeratur, tibique dedicetur, ac tuo qui prætento nomine in manibus habeatur. Quin etiam, ſi liberius adhuc audire me ſuſtines, dicam, non in infimis eſſe fortunæ tuæ dotibus,*

quod

quod & hoc tempore, & tuo cum honore auctus ſit inuictiſſimus hiſtoriæ conditor. Quod ſi reclament ex centurionibus quidam ebrii, aut alioqui male conſulti homines, ingeniorum leuantes palmam, ac in varicoſis ſuis cruribus, calloſis manibus omne decus, omnem ponentes amplitudinem, obiiciemus balatronibus Tacitum, minime malum *olim* Romanorum Imperatorem, *qui ſi tanti fecit* Cornelium Tacitum, hiſtoriæ *& ipſum* ſcriptorem, *vt eius ſe cupide etiam familiæ inſereret; ac tantum præferendus eſt* Tacito Liuius, *quantum doctiſſimus quisque iudicat: quid huic noſtro deberi exiſtimabimus? quanta cum ambitione eius captandam propinquitatem? Primum enim* Aſinium Pollionem *non audiemus*, Patauinitatem *illi ſuam obiicientem:* Quintiliani *ſententiam probabimus, qui ediſcendum pueris illum ſuaſit: &* Caium Principem *irridebimus, vt verboſum illum inſectantem. Contra* Auguſti *lenitatem laudibus extollemus, quod æqualem hunc tulit, omni vehementer conatu Pompeianis fauere in hiſtoria partibus: nihilque illos erraſſe, dicemus,* nobiles Gaditanos, *qui non, vt maxime florentem tunc Romam viderent, ſed vt* T. Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, *vt* Hieronymus *inquit, cognoſcerent,*

tanto

tanto perfecto itinere Romam venerunt: ac quosdam haud contemnemus recte doctos viros, qui auſi ſunt ita ſentire, ipſum Ciceronem hiſtoriam ſcribere ſi voluiſſet, tanta elegantia non potuiſſe. *Ergo ita honoratus eſt* Liuius, *vt te, cuius ſub nomine diuulgari ſuſtinet, modo vllus eſt hoc in genere honor, qui permaximus certe eſt, honeſtet. Nam ſi te noui, non tanti aut Archiepiſcopalem facis mitram, aut Cardinalitium æſtimas galerum, vt ornari vtramque dignitatem ingenio ac literis poſſe, neges. Quid facies enim, in* Liuio *ornatus ſi fueris, cum tanta profuderis iam, a me ſemel aut iterum laudatus* (*)? *Niſi haud* Liuio *acceptum ferri debet, quicquid eſt, quod ante illum præfatur aliquis, me interprete, nunc etenim ab inferis hæc ad te vox eſt. Verum agnoſcis rem, atque igitur bene habet, foues tu litteras, & ornaris ab his viciſſim. Actum eſt de barbarie: hactenus viluerunt ſtudia, reditur ad veram eruditionem, excoluntur ingenia. Iam diu eſt, quod cupide tempus exſpectat* Liuius: *quo nunc oborto, geſtiens, ac lætitia & ipſe fremens ſeſe effert, petitque*

(*) laudatus eſt *Albertus* ab *Hutteno*, eodem anno ineunte, in eleganti admodum illa *Epiſtola*, qua ei de *Guaiaci Medicinæ Librum* dedicauit; & quæ ipſam hanc Dedicationem mox ſequetur.

petitque dedicari maximo, non in Italia Leoni, *iam ille* Tacitum *habet enim, præfante* Beroaldo Iuniori, *docto inprimis homine, ſed in* Germania tibi. *Ingerunt hoc illi bonæ eruditionis viri*, Wolfgangus Anguſtus, & Nicolaus Carbachius (f), *qui imprimendis apud nos libris eandem nauant operam, quam poſt* Aldum Venetiis Egnatius, Romæ *docti quidam*, Baſileæ Beatus, & Amorbachii, Argentinæ Gerbellius, *apud alios alii. Nam hi abreptum me nudiustertius coegerunt*, Livium *vt adſcriberem tibi, non, quia hoc ipſi non poſſent, ſed, quia in tua hoc Aula ſi fieret, honorificum tibi eſſe magis etiam, arbitrati ſunt. Quin etiam, ne, potuiſſe hanc prouinciam detrectare me, exiſtimes, pertractus ſum eo ab inſignibus tuis Canonicis*, Laurentio Truchſes, Decano, Theodorico Tzobel, Scholaſtico

(f) his duobus non mediocrem gratiam habendam, & *Eraſmus* cenſuit, in citata paullo ante *ad Miſobarbaros atque Philomuſos epiſtola*, eidem *Liuii* editioni præmiſſa: quorum alter, *Nic. Carbachius*, non vulgariter eruditus vir, quinquennium iam tum *T. Livium* publico ſalario ſumma cum laude ſit profeſſus. quantum enim laboris exhauſtum ab vtroque ſit, difficile fuiſſe æſtimare; dum ex Codice non ſcripto, ſed picto, addiuinare coacti ſint, quid legendum fuerit.

laſtico (ff), & Adfini *meo*, Marquardo de Hatſtein (g), *probatis litteratura & moribus viris. quibus vel idcirco libenter parui, quod cum ſemper amarint omnes hi, ac tuentur politiora ſtudia; tum* Laurentius *ipſe, anno abhinc ſexto, ab atroci crudeliſſimorum hominum, Theologiſtarum, iniuria, quodam ſuo diuino conſilio, magnum virum,* Ioannem Capnionem, *nobis ſeruauit, ac tutum præſtitit* (h). *Proinde vel tantiſper ſacerdotem haberi me ſine, dum victimam tibi hanc faciam, hoc ſacrum dedicem, nulla mea ibi arrogantia, ſed temporis conſuetudine. Receptum hoc enim eſt, vt, qui auctores, vel auctius vel emendatius in exemplaria deſcribuntur, hi claris nuncupentur hominibus. Quod dum ſequor, nulla teneor inepta opinione; quemadmodum* Appion *olim* Grammaticus,

(ff) *Aedis Moguntinæ Scholaſtico, & Archiep. Vicario:* & huic non mediocrem gratiam habendam putauit *Eraſmus* c. l. qui id laudis, vt *Liuius* auctior ex ea prodiret, Ciuitati ſuæ adſerere, ſingulari ſtudio curauerit.

(g) ad quem *Huttenus* an. cIↄ Iↄ xv plenam iſtam mæſtitiæ, ob *cædem Ioannis Hutteni*, Epiſtolam ſcripſit: quæ P. I, p. 98 ſeqq. integra legitur.

(h) vid. *cel. Io. Henr. Maii Vita Reuchlini* p. 392. 403. & *cel. Herm. von der Hardt Moguntina Reuchlini Hiſtoria, an. cIↄ Iↄ xiii menſe Septembri in Germania, Gallia & Italia celebris. Helmſt.* an. 1715, 8.

maticus, *qui immortales facere ſe, quibus ſua dedicaſſet, iactitabat. Sed hac ipſa inepta eſt mora, ita errorem dum fugio, vehementer erro interim. Iam legendus enim Auctor ipſe, cuius agitur cauſſa, erat. Ecce* Liuium *tibi igitur, tibi, inquam, tutelari Deo, aliis in ſuum cuique vſum. quem vtinam diu legas, vt te diu perfruamur ipſi. Hoc pracipuum bonis omnibus votum eſto!*

Eidem Principi *Alberto Huttenus*, anno cIↃ IↃ xix ineunte, ſuum *de Guaiaci Medicina & Morbo Gallico Librum* (i) eleganti & insigni

(i) qui eodem anno cIↃ IↃ xix, non *Coloniæ*, vt P. I, p. 198 (x), conieceram, ſed *Moguntiæ* prodiit, *in ædibus Io. Scheffer*, in 4; quemadmodum in Analectis iam, p. 16 emendaui: in quibus verba ſæ huius, atque elegantis ad *Albertum Epiſtolæ* mentionem feci, integram *Hutteni Epiſtolam ad Paulum Ricium, Medicum*, quam eidem huic ſuo *de Guaiaci Medicina Libro* ſubiecit, proferens. Priore hæc anno, quum Huttenus *Auguſtæ* adhuc verſaretur, de reditu tamen iam cogitaret, *Idibus* nempe *Nouembribus*, ſcripta eſt. Sphalma igitur typograph. in Analect. p. 19, ſiue extrema, tollas, velim, optime Lector, verſ. 8 legens, *M. D. XIIX.* Subiecta inſuper ibi eſt illa *Pauli Ricii Epiſtola*, ad quam *Huttenus* hac ſua epiſtola reſpondit; *Auguſtæ* itidem *IIII Idus Nouembr.* exarata. qua *Ricius* adhortatus eſt *Huttenum*, vt *Guaiacanum Lignum* ſuo, *non minus graui*,

inſigni prorſus hac *Epiſtola* dedicauit.

Ad

graui, quam dulci lacteoque, decoratum iret *eloquio*: quandoquidem id, quod miro ſane modo, & vltra pæne medicinæ facultatem, innumeris mortalibus ſqualida horrendaque Gallicarum puſtularum lue adfectis, & prope conſumptis, facile tutumque præſtiterit iam tum refugium, humile, aut laude ſua inferius dicere non poſſet. Auctor præterea erat *Ricius Hutteno*, vt *ſumme illuſtrem, & maxime venerandum Principem, Cardinalem Gurcenſem*, qui *Ricii herus* tum erat, *facundo ſtili ſui proſequeretur munere*, velut tantæ rei auctorem: vtpote quem haud piguerit, primum & omni quidem ſollertia, vt omnium fuerit ſollertiſſimus, ac pia ad multorum ſalutem indagine de abſtruſis pæne, ac inuiis Spagnolæ latebris, Germanorum & totius fere Europæ gentibus, tantum bonum notum ac expoſitum facere. Quia *Guaiaci ope ſeruatus, ſibique redditus paullo ante* eſſet, illuſtrare hoc conaturum ſe, promiſit *Huttenus* illa, qua *Ricio*, triduo interiecto, epiſtola reſpondit. Librum vero *Gurcenſi Cardinali* ſe dedicaturum, libere negauit; quia non ignorauerit, ingratum huic futurum, quicquid ab *Hutteno* acceperit: quippe qui ſex annis ante aperte maxime in Italia ab eo ſit contemptus. ingenue multisque verbis commemorat, quot modis ab eo tum ſit contemptus. quæ ex Analectis repetere nihil attinet. legiſſe ea ibi, te haud pœnitebit, ſpero, Lector: *integritatem* partim, partim *libertatem*, ſiue *παῤῥησίαν*, *Hutteni* mecum forſitan miraberis. *Nicolaus Poll, Medicinæ Profeſſor, & Sacræ Cæſar. Mai.*

Phyſi-

Ad reuerendiſſ. in Chriſto Patrem, illuſtriſſimum
H 2 *Prin-*

Phyſicus, anno iam cIↄ Iↄ xvII, d. xIx Dec. Libellum ſuum *de Cura Morbi Gallici, per Lignum Guaycanum*, qui vnica conſtat plagula, & *Venetiis* deinceps per *Io. Patauinum & Venturinum de Ruffinellis*, *Baſileæ*, & alibi, cum aliis de *Morbo Gallico* ſcriptis, recuſus eſt, ei dedicauit, ſalutans *reuerendiſſ. ac illuſtriſſ. Principem ac Dominum Matthæum, S. Rom. Eccleſiæ Cardinalem Gurcenſem, ac Metropolitanum Eccleſiæ Salt. Burg. Coadiutorem digniſſimum.* Memorabilia multa de hoc *Matthæo Langio*, ex *VVellenburgenſi Familia*, quæ *Auguſtæ Vindelic.* olim floruit, oriundo, leguntur in *Lexico Hiſtor. Vniuerſ.* T. III, p. 374. Ad *Hutteni* de argumento hoc *Librum* quod attinet, editiones huius ſæpius ſunt iteratæ: *Venetiis* anno iam 1535, 8, apud memoratos modo typographos cum aliis, quæ de eodem hoc argumento agunt, ſcriptis prodierat; priusquam editio illa euulgata ibi eſt, quæ P. I, p. 198 (x) a me eſt indicata. Maxima *primæ editionis Mogunt.* pars typis exſcripta eſt, abſente *Hutteno*, tum, quum in militiam iterum erat profectus: vt *VVolfg. Anguſtus* in epiſtola ad Lectorem, Libri calci adiecta, teſtatur, conquerens, Amanuenſem, parum litteratum, omnes prope verſus corrupiſſe; qui ea re non moram ſolum, ſed maximam etiam attulerit difficultatem. Vnum tamen, vel alterum, cum *Epiſtola*, qua *Principi Alberto* dicatus ſit Liber, caput vna cum Auctore ſe perſtrinxiſſe antea, addit *Anguſtus*; faſſus, ſe non tam perſuaſiſſe, quam extorſiſſe, vt is recentem hunc fetum ſuum officinæ, in mille partus eum effuſuræ, commiſerit.

Principem ac Dominum, D. ALBERTVM, S. Romanæ eccleſiæ Tituli ſancti Chryſogoni Presbyterum, Cardinalem, Moguntin. & Mageburgen. Archiepiſcopum, Principem Electorem - - in Librum *ſuum* de Guaiaci Medicina & Morbo Gallico, Vlrichi de Hutten, Equitis, *Præfatio. Hoc nouo ineunte anno, ne quid a more, in tantum paſſim antiquato, vt legis iam loco ſit, disceſſiſſe videar, ecce* Saturnalitium *tibi* Munus, *ALBERTE Cardinalis, ac Princeps omnium optime; non tale quidem, iſti qualia mittunt circa diuitiarum oſtentationem ambitioſi homines, ſed quale ipſum me dare poſſe, & intelligis, & gratum habes,* Libellum de magnifica Guaiaci vi ac virtute: *quem compoſui, non tam vt eius medicinæ, cuius ope ex morbo omnium peſſimo conualui, teſtatum meis litteris præconium eſſet, quam vt tibi, ſic de me, ſic de optimo quoque merito, gratificarer. Iam tu ſoles enim, vt cum* bono Poeta *dicam,*

Meas eſſe aliquid putare nugas,

atque ita me habes, vt non ſolum tua dignum Aula, quod præter vulgarem Principum ſententiam, ſatis ſuperque fuerat, exiſtimes, ſed meum etiam qualecunque id eſt obſequium, veluti rem tibi honorificam, verbisglorioſe iactes. Tantumque abeſt, meam tibi præſentiam grauem videri, vt

tibi

tibi pulcri etiam aliquid acceſſiſſe, quod domeſticum Huttenum *habeas, arbitreris. Noui quos apud viros, qua me prædicatione extuleris, ſummo per Chriſtum bonitatis tuæ argumento: ex qua vel vna re intelligere licet, quanta fortunam banc humanitate temperes, & tuum conſilium quam non ſit vanum, quo decreuiſti, vt iſtos armatos iuxta te ſtipatores habere, ita hominibus litteratura præditis cinctus & inſtructus, hinc* auream Moguntiam, inuictos *iſtinc* Saxones *gubernare; nec te adhuc perdidiſſe, quod in me contuleris aliquid, exiſtimas. Verum iam adhuc exporrectam aduerſum me vtramque manum habes, quum ego ſentiam, maiora tua eſſe beneficia, quam vt vllum meum poſſit hæc demerere obſequium. Ob idque petere abs te aliquid vix auſim, quum tu ea prius dederis, quæ rogare verecundia erat. adeo in me liberaliter, beneſice adeo effundi ſoles, non* Cardinalis *primum, aut* Archiepiſcopus, *ſed olim etiam, his haud dum poteſtatibus præditus. Hinc ego non exſultem? hinc me non fortunatum iudicem? Aut quum ille dixerit,*

Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt,

ego non eximiam meam felicitatem agnoſcam, quod tibi non Principi *modo, ſed ſummo etiam,*

non Epiſcopo *tantum, ſed &* Archiepiſcopo, *id eſt* Epiſcoporum Principi, *&* Cardinali, *id eſt e paucis, in quibus tamquam neceſſariis quibusdam cardinibus Romana vertitur eccleſia, vni ſic placeam, vt, me placere, intelligant multi? Quod ſaxit Deus opt. max. vt nobis perpetuum ſit, quo videant homines, nec ineptum fuiſſe hoc tuum iudicium, nec me indignum, quem tu ſic complectereris; ac iſtis ilia rumpantur indocte doctis, qui nos, qui litteras, non tam publico ſtudiorum incommodo, quam fœdo Principum Germanorum dedecore, tot iam annos impune perſequuntur, quando tibi aures, tibi oculos eſſe, videbunt, ſuam extremum periclitari barbariem, ſe, vt ignauum pecus, prædatores fucos, id eſt non inutiliter tantum ſtudioſos, ſed ſtudiorum adhuc perniciem, a melliferarum apium aluearibus, id eſt a fructuoſisſimarum diſciplinarum cultu, & fortiter arceri, & longum exſulare, cognoſcent. Poſſumus enim non optime proſpectum nobis dicere, quum tu, tantus Patronus, tam benigne nobis arrideas? cuius rei primum Germaniæ documentum ex me prodiit, quem tu in familiaritatem & in ſinum adeo tuum quum acciperes primum, obſcure ſentiebas, quæ doctorum hominum exſpectatio, quæ opinio, quod iudicium eſſet? & non tacite musſitabas tecum ipſe* Virgilianum *illud:*

Feret

Feret hæc aliquam tibi fama ſalutem.
Sic eſt profecto, fuitque non minus iucundum tibi, quod videres, haud indigno loco poſitum tuum beneficium, quam mihi plauſibile, quod, ex illa communi ſtudiorum iactatione, tutum & ſalutarem *inueniſſem* otio meo portum. *Atque inter cetera, quæ familiari ſæpe vultu confers mecum, bene ſperare nos iubes, hoc promittens,* quantum in te ſit, munitam hanc nobis ad id, quo tendimus, viam eſſe. *Qua tua gratia fretus, auſum iam vt inſultare barbaris, ita ad res pulcherrimas excitare æquales, & quoties aliqua incumbit perſecutio, ad te, veluti* ad commune quoddam bonorum Aſylum, *voco ex bonis aliquem; hoc* magni *iterum* Poetæ *ingeminans,*

Huc tandem concede, hæc Ara tuebitur omnes:
tanto, quod videmus, fructu, vt iam multos hinc erexerim, quosdam illinc impatientiſſimo ſuo fremitu abiecerim ac depreſſerim. En te vnum igitur omnino, aut certe ex pauciſſimis vnum, cui ego oculos, cui intellectum eſſe, dicam. Quod de te ſcribere, quia neque pro tempore eſt, atque is eſt tuus candor, vt quamlibet etiam laudem immodicam exiſtimes, facile ad præſens ſuperſedeo, quod caput eſt inculcans tibi, hoc Munuſcu-

lum gratanter vt accipias: *quod etſi exiguum eſt: tanti a me ſit tamen, vt magnum quid perdidiſſe me, ſi de vulgo amicorum dedicem id alicui, arbitrer. Nam quum* rem *ibi tractem, meo iudicio,* permagnam, *non niſi magni illam Viri auſpiciis egredi volebam.* An non præclarum exiſtimare licet, quicquid id eſt, quod non mihi tantum, ſed aliquot præterea millibus, ex ſumma deſperatione manifeſtam peperit ſalutem? *Niſi ita colendus eſt animus, vt corporis adminiculum pro neglecto penitus habeatur. At ille* Apollinis oraculo ſapiens iudicatus Socrates, *inter pauca* bonam corporis habitudinem *in voto habuit.* Pyrrhus, clariſſimus Epirotarum Rex, *idem a diis precatus legitur: & communi omnium conſenſu ſapienter orare creduntur, qui orant,*

Vt ſit mens ſana in corpore ſano.

Proinde hunc maxime campum mihi delegi hoc tempore, in quo hæc, qualis qualis eſt, vena procurrat ſi non, vt debet, ſaltem, vt poteſt, quum illius te præmoneam, vulgo triti,

Vt deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.

Si quo impetu, quæras, hac dico ratione, vt quum atrocis iam pridem inimici, crudelis Tyranni

ranni (k), immane facinus, deteſtabilem iniuriam, iniquiſſimum factum, *ſtilo illuſtrauerim, idque miſerrimo meo tempore, nefas eſſe putem, hoc committere, vt* diuinum hoc beneficium, hoc cælo delapſum auxilium, *iam reſtitutus mihi, iamque valens ac vegetus, quacunque poſſim ingenii ope, ab obliuionis iniuria non vindicem. Vbi quid refert ſæpe declamatum a me prius dicere, quantam ego pecuniam curando hoc morbo elocauerim? Quas torturas, quæ ſupplicia ſub chirurgicis exhauſerim? quas cruces tulerim? Quantum mihi virium ex medicorum inſcitia deperierit; quum tuo hæc gemitu teſtatus iam ſæpe & apud multos ſis? Non immenſum hoc mihi exiſtimandum igitur eſt, potuiſſe reſtitui ex morbo, in quo non ſolum dolores paſſus ſum acerbiores, quam vt in his viuendum fuerit, ſed fœditate etiam tanta fui, vt omnium prope rerum ipſum me ægerrime tulerim? Age autem, quod fuit* vitæ *ibi* periculum? *quam putabant homines*, actum de Hutteno? *Tu vero, quam non fruſtra dicebas* te, ſi commodius valerem, vti mea poſſe opera? *Quod effectum quum ſit, & depulſa omni inualetudine, vires ita receperim, vt* de nouo factus *ac* renatus homo *videar, non applaudam ipſe mihi,*

 in

(k) *Vlrici* Wirtemberg. Ducis.

in eius rei commemoratione, quæ hanc ſalutem præſtitit? Non iucundum hoc mihi Opuſculum erit, qui facio, & non cariſſimus, cui illud dono? Vbi qaidem vnum hoc hæſitabam, vt acciperent homines hanc deſcriptionem. Verebar enim, ne eſſent, quibus monſtra nuntiare viderer: & quum ea ſit hæc medicina, vt multorum eam fides reſpuat, medicorum placita non agnoſcant: metuebam, poſſe fieri, vt non fabulam putarent aliqui effingi hanc a me; aut, dum rem incognitam tracto, hoc credant, in reſtitutæ mihi valetudinis iactationem effuſius progredi. Neque ita curioſe quemquam hæc tractaturum puto, vt neget, in Guaiaci deſcriptione Librum *a me fieri oportuiſſe: quum* Braſſicæ volumen *dicauerit* Chryſippus, *eamque immenſo plus, vt inquit* Plinius, *laudauerit* M. Cato, *& de* Raphano Librum *ſcripſerit* Marchion Græcus, *de* Scylla Pythagoras. *Quod ſi pro* Diis *olim coluerunt* Allium & Cepas Aegyptii, *ego non adorem* Guaiacum? *Profecto indignum nihil facio, immoderatum nihil. vbi ferre apud te iudicem poſſum illum mirabiliter probum, & quo alius ſincerior fieri non poteſt,* Henrichum Stromerum, tibi a medicinis, *ita, vt eum patiar* Libelli huius Ariſtarchum *abs te conſtitui; non tam, quia mihi conſentientibus per*

omnia

omnia ſenſibus virum eſſe, ſcio, quam tui caritate, qua mirifice flagrat, &, quia hoc in viro vt integritas eſt eximia, ita iudicium eminet ſupra vulgarem Medicorum ſortem. Quibus etiam virtutibus in intimis eſſe tibi meruit: nouo iterum humanitatis tuæ documento, magna virtutis opinione. Quid reſtat igitur, niſi vt ob hæc officia, hanc pietatem, ſanctiſſimorum Virorum Calendario, immortalium Heroum Albo *inſeramus te? Sed iam ad meum* Munuſculum *reuertar, hunc* Librum: *quo perſcribendo ita ſcias, me tractare ſtudium Medicinæ, non vt* diſcipulum Medicorum *agnoſcas, ſed vt* exploratorem in his litteris verſatum *ſuſpicari poſſis. Quod cuiusmodi ſit vt intelligas, amabo te, optime Princeps, ab iſtis pauliſper magnis diuerſis curis, huc animum aduerte.*

Extremo Libro *Mæcenatem* hunc ſuum ita adlocutus eſt *Huttenus: Atque hæc habui, optime Pater, optime Princeps, quæ in rem propoſitam, aut me experto, aut aliis erudientibus, mutis præſertim magiſtris, & his, qui periculum fecerunt & ipſi, conducere putaui. Quæ ita Celſitudini tuæ conſcripſi, vt non vellem his quidem vti te; faxit hoc enim Seruator Chriſtus, ne vmquam debeas: ſed vt in tua hac Aula eſſent, omnium neceſſitati expoſita. quorum iudicium*

cium a Stromero *exiges tu, quod præfatus ſum. Iam hæc vidit, qui me iuuit in nonnullis, alter tuus Medicus,* Gregorius Coppus; *ſed obiter, quum ab illo properarem Moguntiam, vbi negotium erat mihi. Quod ſi contigiſſet, tunc in Aula eſſe me, tu in Saxonibus aberas enim, cautius omnia tractaſſemus, & adcuratius confectam rem exhibuiſſemus. Nunc vtcunque excidit, boni conſule. Ipſe quidem offerens, quia* Saturnalitium *hoc nouo ineunte anno* munus *eſſe volui, Annum tibi precor fauſtum fortunatumque: ſed cuius fortuna ita tibi ex animo cedat, vt citra inuidiam fuiſſe, comperiatur. Vale optime, digniſſime, pientiſſime, maxime Præſul, ac diu nobis incolumis eſto.* Moguntiæ, *ſuprema impoſita manu.*

Quemadmodum ex *Hutteni ad Germaniæ Principes, vt bellum Turcis inueherent, Exhortatoria, Ioannes Faber, Albertus Pius, & Odor. Raynaldus* falſiſſimarum criminationum conuiciorumque, quibus *Hutteni Manes* proſcindere non erubuerunt, coargui potuerunt; ſic ex hoc *Hutteni de Guaiaci Medicina & Morbo Gallico Libro* idem hic *Raynaldus, Chriſtophorus Longolius, Antonius Varillaſius*, alii, impudentiſſimarum calumniarum, quibus *Huttenum* alia in re onerarunt,

rarunt, poſſunt conuinci. *Raynaldus* quidem improbis maxime *Huttenum* conuiciis conſectatus eſt, ſcribens(l): *Huttenus, Lutheri patronus, & Turcorum ſocius, quadriennio poſt*(ll) *ſtigmatibus ſcortationum inuſtus periit.* *Varillaſius* aperte etiam mentitus eſt, vbi tradidit (m): *Temperamentum Hutteni non conueniebat cum continentia, quam ſeruaturum ſe, ſpoponderat,*

(l) in *Annalib. Eccleſiaſt. ad an.* cIↃ IↃ xvııı, p. 271. vbi, *Sickingium ac Socios in ipſo flagitii conatu oppreſſos fuiſſe*, ſimul criminatur.

(ll) & hoc mentitur.

(m) *dans l' Hiſtoire des Reuolutions arrivées dans l' Europe en matiere de Religion*, T. I, l. 4. p. 393. editionis, quæ iuxta *Pariſienſem* an. 1686 & an. ſequent. prodiit: verba eius hæc ſunt: *D' ailleurs ſon temperament ne ſ' accordoit pas avec la continence, qu' il eſtoit obligé de garder, puisqu' il avoit reçu les ordres ſacrez, & la maladie honteuſe, dont il mourut cinq ans aprés, acheva de juſtifier, que la vie eccleſiaſtique ne luy eſtoit pas propre.* Falſiſſima etiam eſſe, quæ præcedant, ex ſuperioribus liquet: præcedunt vero hæc verba: *Le celebre* Hulric Hutten *ſçavoit bien, qu' il avoit commis à l' egard de la Cour de Rome une offenſe irremiſſible, en ſ' oppoſant à la Ligue, qu' elle avoit pretendu former deux ans auparavans contre les infideles, & en detournant la Diette d' Augsbourg de rompre avec le Turcs.* Alia eiusmodi *Varillaſii figmenta* atque *mendacia* attigi iam T. II, p. 61. ſeq.

ponderat, vtpote qui ordines ſacros receperat (n), *& turpis morbus, quo periit, teſtabatur, quod eccleſiaſtica vita ipſius propria non fuerit.* Vt ætate, ita & impudentiſſima calumniandi libidine, hos ſuperauit *Longolius*, de *fortiſſimi Franciſci Sickingii gloria*, & *excellentiſſimi Hutteni fama*, in hunc modum detrahendo (o): *Certum eſt*, (mendacium potius ieiunum maxime, & calumnia turpiſſima eſt) *omnes eius prouinciæ damnatos, omnes ignominia notatos, omnes ære alieno oppreſſos, omnes exilio infamiaque dignos, multa ſpe & promiſſis ab eo* (Luthero) *teneri.* Præfectos *autem tam numeroſæ Cohortis eum habere* duos, *atque hos ipſos concordiæ Chriſtianæ multo inimiciſſimos: alterum, ſummo quidem loco natum illum*

(n) *Huttenum* ſacros ordines numquam eſſe amplexatum, T. I, p. 77 (tt) probaui; probaturus id infra vberius.

(o) in *Oratione ad Lutheranos*, quæ tota ex grandibus, impudentiſſimisque eiusmodi mendaciis compoſita eſt. reliquor. operum eius, *Florentiæ, per heredes Philippi Iuntæ*, an. 1524, 4. coniunctim editor. p. 49, aſpera iſta, eaque longe improbiſſima, verba, leguntur. acceſſit eadem mendaciis ac præcipiti furore refertiſſima Oratio *Hieronymi Oſorii, Epiſcopi Syluenſis, in Gualterum Haddonum, Anglum, de Religione Libris III, Dilingæ* an. 1576, 12 ed. p. 319.

illum (p) *& valentem ſane hominem, ſed tamen audacia magis & ſæuo inter eas gentes latrocinio, quam generis nobilitate, inſignem. Alterum equeſtris ordinis* (q), *at non item cenſus, quem pridem deuorarit, nudum plane, neque tamen aut infantem, aut infacetum Equitem. Illius eum bona militiæ opera vti, audio, ob ſæpe ſpectatam hominis tum in ſpoliandis iugulandisque, qui illa iter facerent, negotiatoribus, tum in depopulandis finitimorum agris, virtutem atque diligentiam. Huius glorioſa domi exquirere conſilia, quippe quem conſtet, animo eſſe tam ſeditioſo, quam iam ſit, multis acceptis vulneribus, ad bella gerenda corpore infirmo & prorſus inepto. Noſtis puto hominem, altero crure claudum, humero ſtrumoſum, oculo captum, ac morbo tum comitiali, tum eo, qui libidinem eius obſcenis puſtulis indicet, fœde miſereque confectum. Scurram illum dico Equitem, qui quum miros vel ſcriptis ſuis riſus vulgo facere conetur, non minus tamen*

(p) quin *Franciſcus Sickingius*, cuius in prioribus Partibus crebra iniecta eſt mentio, & cuius mentio in hac Parte paullo poſt denuo fiet, intelligatur, neminem dubitaturum, puto.

(q) in *Vlr. Huttenum* verbis his, odii atque inſaniæ pleniſſimis, inuehi *Longolium*, minus quiſquam dubitauerit. quæ ipſa perſpicua omnibus bonis veritas redarguit ac refellit.

tamen crudeliter bonis omnibus interim minitans bellum reip. indicit atque denuntiat. His itaque ille (Lutherus) *præclaris ducibus, quaſi duabus incendii facibus, fretus*, & quæ verba, mendacia potius impudentiſſima, ſequuntur alia: quæ deſcribere piget. Hæc arma ſunt, quibus eius generis homines in impugnandis illis, qui non eidem religioni deuoti ſunt, vtuntur. Ipſa veritas pro *beatisſimo Luthero, fortisſimo Sickingio*, & *infenſisſimo omnis fuci, ſimulationis, vicinorumque his vitiorum hoſte, Hutteno*, loquitur, & perpetuo loquetur; ſempiterna enim eſt.

Tribus iſtis improbiſſimis calumniatoribus, *Raynaldo*, videlicet, *Varillaſio*, & omnium iniquiſſimo, *Longolio*. Hutteno turpem morbum exprobrantibus, breuiter reſponderi poſſet (r): *Morbus hic Huttenum iam*

(r) ſic dudum *celeb. Bælius* reſpondit, vere in *Dictionario* ſuo ſcribens: *ſelon toutes les apparances il n'avoit point gagné ce mal depuis l'abjuration du Papiſme.* Non quidem probabiliter, ſed liquido prorſus, id poteſt demonſtrari. Ipſe *Huttenus* anno CIↃ IↃ XIIX, quo Librum iſtum ſuum de *Morbo Gallico* conſcripſit, biennio itaque ante, quam a *beatiſſ. Lutheri* partibus palam ſtare cœpit, ingenue, pro inſigni ſuo candore,

iam tum arripuit, quum Pontificiorum adhuc ſequeretur caſtra. At, quum non ignorem, & tales (s), qui puriori Religioni addicti ſint, *Hutteni merita* vel eo nomine tanti non facere, quod audiant, eum ex morbo eiusmodi laboraſſe, nonnulla ex ipſius de *Guaiaci Ligni Medicina, & Morbo Gallico, Libro* excerpenda hic decreui, quæ ſi quis legerit, mitius tunc eum iudicaturum, ſpero; ſi de illis antea fuerit, qui non temere, non iniurioſe, ſed vere, de *Equitis huius exiſtimatione* ac *gloria* ea re delibari, iudicant. Priusquam Librum iſtum diuulgauerat, *Bilibaldo Pirckheimero* planiſſime expoſuerat (ſſ), *quam præſens ſibi a Ligno iſto fuerit medicina*; & *qualis curatio Auguſtæ tum in malo hoc depellendo ſecum fuerit inſtituta.* quod *vitæ intemperantia* attraxiſſe ſibi, ne a quopiam inſimularetur, in hunc modum defen-

 dere

candore, confeſſus eſt, memorati modo Libri cap. IV: *Tanto periculo, tam acerbo diſcrimine, cum hoc malo nonum iam annum luctor; non ſegnius interim & alia, quibus obſiſti morbo putabatur, adgreſſus.*

(s) quod ſi ſolus *Varillaſius* id adfirmaſſet, ſe non adeo miraturum id fuiſſe, fatetur *Balius*: at, quum *Geſnerus* id etiam adfirmet, rem, tanto Equite indignam, in dubium vocari non poſſe, opinatur.

(ſſ) in epiſtola P. I præm. p. 49.

dere ſe, ad eumdem *Pirckheimerum* ſcribens (ſt), contendit: *Mala ſi poſſem fugere, quæ vellem prius, quam illa corporis, morbos puto: qui me aliquando mouent, numquam dimouent? ſi conuellere enim poſſent animum, iam mihi omnem ſtudiorum curam aboleuiſſent; quum nullam ob vitæ intemperantiam, quod ſciunt, qui mecum verſantur, ſed ſtudio & peregrinatione, ſtomachi imbecillitatem contraxerim, & corpus infirmum reddiderim. quod & in peregrinatione multa ſuſtinui incommoda; nunc frigus & æſtum acerbius, nunc famem & ſitim frequentius: aliquando nimiam itinerando fatigationem perpeſſus; quæ præter ob nimium e vulneribus emiſſum ſanguinem virium corporis exinanitio, & natiui roboris attenuatio acceſſit.*

Ad ipſum *de Guaiaci Medicina, & Morbo Gallico, Librum* (t), ab *Hutteno* noſtro conſcriptum, & in XXVII Capita diuiſum, vt veniam: in eius Capite I de *Morbi huius origine*

(ſt) ib. p. 31. (t) hunc in patrium ſermonem conuerſum exſtare, inſcr. *Von dem Holtz der Geſundheit, Guaiacum genant, interpr. Thom. Murner, Argent. eod. anno*, quo *Huttenus Latine* confectum edidit, nempe *an cIↄ Iↄ xix*, in 4 itidem *exc.* didici ex *Catalogo Bibliothecæ publ. Vniuerſit. Francofurt.* p. 154.

origine dilucide maxime ſic ſcripſit (tt): *Viſum Deo eſt, & noſtra ætate morbos oriri Maioribus, vt exiſtimare licet, incognitos. Annus fuit a Chriſto nato, poſt milleſimum & quadringenteſimum, nonageſimus tertius, aut circa, quum irrepſit peſtiferum malum: non in* Gallia *quidem, ſed apud* Neapolim *primum. nomen vero inde ſortitum eſt, quod in Gallorum exercitu, qui illic Caroli Regis ſui auſpiciis belligerabat, adparuit prius, quam vſquam alibi. Qua occaſione Galli ominoſam ab ſe*

I 2 adpel-

(tt) *Aſtrucius, Medicinæ Doctor & Profeſſor in Academia Montpell. celeberrimus*, biennio abhinc *eruditiſſimam* edidit *Diſſertationem de Morborum epidemicorum & Peſtilentiæ Origine*, *Gallice* conſcriptam, in qua declarat, *peſtilentiam*, *variolas*, *lepram* & *malum venereum*, *morbos exoticos* eſſe & *aduectitios*: inter quos *variolæ* omnium diutiſſime in Europa remanſerint, *lepram* ſæculo XVI penitus ceſſaſſe, *malum venereum* ſenſim etiam ceſſare. Aduectitios eiusmodi morbos cum plantis atque animalibus peregrinis comparat; quæ ex iisdem locis, ex quibus peſtilentia venire conſueuerit, in Europam adportentur: vbi quædam diu, quædam ad breue perdurent. *Huttenus* cap. VI, quo *Guaiacum deſcribit*, in eius *inuentionem* ac *nomen* ſimul inquirens, confirmat, *Spagnolæ Inſulæ*, ex qua *Guaiaci vſus* in *Europam* translatus ſit, incolas omnes *morbo Gallico* aliquando laborare; quemadmodum *Europæ incolas variolis*,

adpellationem amolientes, non Gallicum *hunc, ſed* morbum Neapolitanum *vocant, & contumeliam agnoſcunt, cognominem ſibi peſtem fieri.* - - - Cap. II, de Morbi huius cauſſis. - - - *Hoc præcipue in morbo, quantum noſtra ætate laboret Medicina, compertum eſt. Silebant ab eius ortu totum in Germania biennium Medici. Inde, in prima me tum pueritia conſtituto, curam cœperunt; qua fruge, docuit euentus.* - - - Cap. VII, de præparatione Guaiaci in Medicina. - - - *Quamquam, quid oportet Medicos dicere, vbi de nugatoribus ſermo eſt? nam qui docti ſunt, quique periti, qualis, o Princeps, tuus ille, & amicitiæ cauſſa meus etiam,* Stromer, *atque item* Coppus, *& ipſe a Medicinis tibi, qualis: hi intelligunt, quam non conueniat, aut incognita tractare mutando, aut his addere, quibus nondum deeſſe aliquid, compertum eſt.* - - - *Quare, hoc ſemel iam prædictum in vniuerſum ſatis eſſe, volo, de Medicis hoc in opuſculo quoties conquerar, hos me putare, qui nulla eruditione, nulla peritia, ſolo ſe titulo, & empto Doctoris nomine, vulgo venditant. qui Græcas pariter ac Latinas ignorant litteras: quum in nulla magis profeſſione opus ſit litteris ac eruditione: qui, quum indoctiſſimi ſint, facile*

cile Germanorum ſimplicitate abutuntur; quando de nullius paſſim doctrina in dubium venit, qui quidem Doctoris ſit nomine inſignitus. - - miſſos facio circumforaneos perunctores, latrones Medicos, atque illos etiam indoctos doctores--. Cap. IX, de ratione victus in curatione hac. --- *Ipſe legendis iucundis rebus, & elucubrandis etiam, oblectamenta quæſiui (curationis tempore): quum reclamarent medici; nec temere monebant, niſi haud credidiſſent, me, dum hæc agerem, citra negotium agere, & oblectationis cauſſa, non ſtudii, in litteris verſari: quamquam, in exemplum venire hoc, nolim.* --- Cap. XII, quo inquiritur, an vlla circa Medicinam hanc habenda ſit ætatis, vel ſexus, aut corporum qualitatis, ratio. --- *Iam illud obiter admonendum iudico,* meum Patrem, ſexagenarium prope, *conualuiſſe Guaiaci remedio, nihil grauiter ferentem, & diætam hanc rigide obſeruantem: quum, nullo interim conſulto medico, ne viſo quidem, meis tantum vteretur præſcriptis.* Cap. XIII, an vbilibet idem ſit eius vſus? --- Paulus Ricius, *ſani iudicii Medicus, ac eruditionis probæ & ſingularis. --- vel ob id de* Ricio *promptius commemoro, ac de* Stromero *ſæpius moneo, vt intel-*

 ligant,

ligant, qui legent, quos ego viros, recte Medicos dici, & quam iſtos vulgo tortores infra adpellationis huius dignitatem locandos, exiſtimem; vtque videant exteri, Germaniam habere ſanos & ipſam Medicos; cognoſcantque omnes, tam me teneri bonorum, & in primis doctorum, ſtudio & amicitia, quam iſtos odiſſe vulgo indoctos pariter ac improbe audaces homines, qui, poſtquam Doctoris emerunt titulum, iam ſtatim mortuos excitare ſe poſſe, profitentur, & ſepultis vitam reddere. verum ad duos illos, longe ſuper hanc conſtitutos ſortem, redeo. --- Huc duos addo, excellentis & ipſos notæ, alterum a Medicinis tibi, Princeps opt. Alberte, Gregorium Coppum, *qui me conſcribentem haud parum iuuit, alterum in Archiepiſcopi Colonien. degentem Aula,* Iacobum Ebellium, *quatuor ante annos tantæ auctoritatis, vt ei publicum valetudinarium decerneretur; cedentibus ei peritiſſimis ibi Medicis. illum a doctiſſimis Papiæ, vbi maxime floret ſtudium hoc, ſumma in admiratione habitum olim: quum, quia in Medicina conſtat eſſe egregium, tum vero, quia cum profeſſione illa optimas mirifice coniunctas habet litteras: verum haud eſt hic locus, doctiſſimorum hominum catalogum contexere. ---* Cap. XVI, a vino & Venere

quod

quod in totum abſtinendum hac in curatione ægro ſit. *Et non auſim dicere, diuinitus hanc nobis contingere Medicinam, quæ non aliter morbum adimit, quam vt vitæ quis ſanctimoniam auſpicetur? quumque, vt Chriſtianæ ferunt inſtituta, per duas maxime virtutes Deo conciliemur, corporis ſcilicet caſtimoniam, & cibi ac potus abſtinentiam. qui ſe non artiſſimo his conſtrinxerit vinculis, curationem hanc non fruſtra tantum aditurum ſe, ſciat, ſed citra periculum etiam haud proſecuturum.* - - - Cap. XVIII, de Victus tenuitate & fame, ibi neceſſaria. - - - *Deſinant quidam impatientius hanc ferre diætam: illi, inquam, ebrii, illi crapulæ dediti, intemperantes homines, quibus, vt* Perſius *ait:*

- Summa boni eſt, vncta vixiſſe patella: *quibus, vel vnum ſine cibo ſemidiem viuere, grauiſſimum eſt: quorum, vt ille ait,* deus venter eſt, quibus, & ars & vita, ſagina: *quandoquidem, tantillo labore tanto depulſo malo, tam ingens conciliatur bonum.* - - - *Illa autem, quam multis documento erit* hiſtoria, *quæ legitur,* de ventricoſo quodam & obeſo Abbate? *Is, quum veheretur ad quaſdam thermas, obuium habuit nobilem quemdam, qui percontatus, quo proficiſceretur, reſpondit*

Abbas, in balneas ire ſe. Tum ille, quam ob cauſſam, quaeſiuit; & an aliquo laboraret morbo? Abbas, morbi quidem eſſe ſibi nihil, niſi quod edendi adpetentiam quaereret; eam nuper deperditam vt recipiat, adire calidas aquas, in hoc remedium ſalubres. cui tum ille, at in hanc rem melior ipſe ego medicus ſum, inquit; abductumque Abbatem, & in profundum ac tenebricoſum quemdam demiſſum carcerem, aliquot dies inedia macerauit: poſt interrogans, num iam adpetat cibum? illo adnuente; dignum eſt igitur, ait, mercedem mihi pro medicina vt ſoluas, & ducentis aureis nummis multatum dimiſit, ſanum iam, & in tantum cibum adpetentem, vt fabis etiam & oleribus veſci poſſet; quum prius delicatisſima quaque reſpueret. Bellum facinus in eum, qui non eſuriendo cibum, ſed ſatur eſuriem quaerebat. --- Cap. XX, contra luxum, Parſimoniae laus. *Quod faxit Deus opt. max. aliquando ſe vt noſcat haec Natio, non tam, quia indignum eſt orbis imperatore populo, ſic viuere, quam vel potisſimum, quod magnorum nobis ſaepe malorum, ſummi pasſim contemptus, cauſſa eſt haec crapula. Atque alii quidem, ſi, quantum poſſunt, edant ac bibant, tranſire ſe legem naturae, putant: nos, quantum*

tum haud ferimus, dum ingurgitamus, laudem etiam quærimus. Quid iſta *ſibi volunt enim* potatorum certamina? iſtæ pugnæ? *quando, qui plurimum bibit, maxime apud conuiuas adplauſu excipitur. quando* viciſſe bibendo gloria eſt; inebriari ac euomere nonnumquam haud turpitudo. *o patriam! o imperium! Nihil illos moror* Polonos, *aut, ſi qui alii ſunt, magis etiam, quam nos, ebrioſi. Hanc dico Nationem dignitatis ſuæ rationem habere oportuiſſe: niſi credibile eſt, ludibrio noſtri, non virtutis Maiorum noſtrorum reuerentia & opinione, conceſſiſſe ſub imperium hoc reliquas nationes. Certe profecto alii fuerunt illi, quibus his habitus honor eſt, quam hi, qui ſic contemnimur, neceſſe eſt. An puer in Italia eſt, qui alio nos, quam ebrietatis, cognomento diſcernat? Nos igitur illi quum ſimus, quorum prius flagitium in ore exteris eſt, quam in mente humanitatis ſuſpicio: aut non hanc mutamus viuendi conſuetudinem, aut illud nullo pudore tamquam indigne refugimus honeſtamentum? vel non aliquando futurum, metuimus, vt turpius imperii titulum pariter & fructum amittamus, quam glorioſe imperandi munus, oblatum nobis vltro, accepimus? tunc ſcilicet, quum ſobrios illos & ratione vincentes*

I 5 *homines*

homines ſub ebrioſa & humanitatis experte barbarie pati dominium piguerit. Quod ſi in noſtrorum hominum ſenſum non cadit, ſuum intelligere dedecus; at perniciem agnoſcamus tandem. Et, ſi tanti gloriæ iacturam, animorum dedecus, non facimus, quo minus perdite vitam degere libeat, ſaltem ibi ſapiamus, vt corporum ſit integra nobis ſalus: quæ in his conuiuiis, hac crapula, his compotationibus, quas, vt Satyricus *inquit,*

Circumſilit, agmine facto,
Morborum omne genus,

eſſe non poteſt, niſi adflicta & miſera. Sed mentem exſuit Germania, ac ſui obliuiſcitur, non tota illa quidem, ſed in Germania plurimi. Hi ſunt, qui in cœnam producunt prandium, cœnam in plurimam adeo noctem. hi ſunt, quorum flagitio factum eſt, vt magna huius patriæ infamia cecinerit externus Poeta (u), *non malus ille quidem, vel ob id, quia odiſſe malos videtur:*

Arce ſedet Bacchus, languet neglectus Apollo:
Hic nihil eſt aliud viuere, quam bibere.

Quam-

(u) *Io. Antonius Campanus, Epiſcopus Aprutinus*, ita cecinit, in epiſtola ad *Cardinalem Papienſem* ſcr. qua

Quamquam ebrioſi illi, per inſaniam errantes, contemni poterant: illi vero, qui laute cœnando, ac molliter veſtiendo, in medium ſe deliciarum pelagus præcipites coniecerunt, communi omnium odio digni cenſentur. hi ſunt, qui, in coaceruatis puluinaribus ſupini cubantes, quicquid terra marique conquirere licet, non vt vitam ſuſtentent, ſed vt gulam oblectent, inſumunt: qui non, niſi molliſſimo, veſtiuntur lino: quos purpura tegit: qui tenellulis murium pellibus, non contra frigus muniuntur, ſed per delicias fulcire gaudent. hi ſunt, qui ad vulgaris panni attactum offenduntur, ſericum aliunde petunt: quorum cutis non fert, niſi Mileſium aliquod vellus, aut ſi qua ſunt Mileſiis adhuc teneriora: qui in compotationibus conſultant, in conſultationibus potant: qui ſerium nihil tractant, omne in conuiuiis æuum agunt. Non in tota hæc, iterum dico, Germania fiunt; ſed tamen, quod extreme pudendum ſit, apud illa fere Germaniæ Capita, illos Nobiles, qui, quotidianis ſaginati epulis, ad illas ſeſe accommodant Pontificales cœnas, in illis delicientur ganeatis popinationibus; vnde, prius omnia tulerint, quam auerſos ſe trahi, patiantur: quibus

qua *Germaniam* perſtrinxit, Lib. VI, ep. II, p. 347, *edit. Lipſ.*

quibus vitæ ſcopus eſt ventris indulgentia: in quos ſolos, ſi, vmquam tales in Germania belluas futuras, ſuſpicatus eſſet, dicere potuit Salluſtius *hoc ſuum:* Multi mortales, dediti ventri atque ſomno, indocti incultique, vitam, ſicuti peregrinantes, transiere. *At ſecum aliquis reputet, quæ fuerit illa tempeſtate de Germaniæ populis Romanorum opinio: & ſibi ante oculos ponat, quale monſtrum, quam inuiſum, haberi tunc potuerit iſta noſtra, quæ hodie eſt, gulæ demulcentia. In qua vbi bonam vitæ partem egimus, & ea inde retulimus, quæ neceſſario hoc vitæ genus ſequuntur, innumeras ſcilicet morborum ſpecies; ibi tum non culpam noſtram agnoſcimus, ſed Deum quoque crudelitatis accuſamus: & quum morborum ſemina tanto nobis impendio, tam magnis ſumptibus, comparauerimus ipſi, & clades vltro noſtras alamus, ac patrimoniorum noſtrorum diſpendio foueamus morbos; tamen in aggeribus ceruicalium proſtrati, vbi manibus ac pedibus capti tenemur, incuſamus naturam, & dolores noſtros Deo imputamus. Neque enim aliud faciunt tunc gulones hi, quam illi apud* Iuuenalem, *qui*

-- Miſſum ad ſua corpora morbum
Infeſtum

Infeſtum credunt a Numine; ſaxa Deorum
Hæc & tela putant.

Atque vtinam aliquando ad illos redeamus ex auena pultes, & iſtis, vt prius, amiciamur laneis indumentis, vt veſtibus ſingulos prope artus exprimentibus: vt huius pigeat ſerici; has odio perſequamur infinite ſinuoſas togas. Quid aliud ſunt enim iſta omnia, quam patrimoniorum prius noſtrorum dilapidationes, deinde morborum quoque propagines? Sane Maiores noſtri, quum parciſſime obſonarent, maximas res magna cum gloria geſſerunt. Nos, qui, vt iucunditatis adfectationem impleamus, venena quoque, cibi vice, vſurpamus. quanto iam tempore, quam nihil facimus Germania dignum? Præſtabat, barbaros & dici & haberi, in illis, vt tunc, ſordibus, quam in hac luxuria, hoc dedecore, ingeniorum palmam aucupari. Quid dicat igitur Magnus Carolus, *ſi ad nos redeat, & illos videat bisſina vti ſumma veſte Principes noſtros, quum ipſe lorica veſtiretur interula? Aut ex* Ottonibus, *qui in puluere & luto virtutem extendebant; quum noſtrates vnguenta ſibi illinant, exquiſitisſime adparata? Inſigne eſt* Chryſippi *maledictum in eos, qui vnguentis vterentur ad libidinem, & alienam*

alienam voluptatem. Male ſit, *inquit*, delicatis, qui rem tam belle infamauerunt. *atque hoc molles olim populi factitabant: de Germanis nemo ſuſpicatus eſt, fore, vnguenta vt oleant. At iam thyomata, & myromata, & xeromata, & odorum genus omne, tamquam vitæ neceſſariam rem, adſciſcimus; & olemus exotica illa ambitioſiſſime. Neque mulieres tantum ſic errant, ſed & viri, Principes maxime, & Sacerdotes. At in Græcula ciuitate* Solon *diuendi vnguenta vetuit: & vnguentarios ciuitate pellebant* Lacedæmonii; *oleum corrumpere eos, dictitantes. apud eosdem conuiuiorum adparatum & lautiores menſas ſuſtulit* Lycurgus. *Grauiter etiam iſtiusmodi luxus genus increpuit apud* Xenophontem Socrates. *Profecto alienum fuit ab antiquis Germanis omne voluptatis ſtudium, remque putabant maxime externam, vtcunque molliter ſe habere. Quosdam ego audiui ſenes, qui dicebant, iuuenibus ſibi togam fuiſſe ſuſpectam; quum nos purpuram adoremus hodie. Atque igitur, o deprauata ſæcula! Tegebantur illi inexcultis ferarum pellibus, & ſubdiu ac in caſtris pernoctabant, & laboribus confirmabantur: quum nos, molliter veſtitos, & ſub peregre elaboratis illis gauſapinis delicìantes, omne*

luxus

luxus genus eneruet, ac interimat. Et poſſit ſperare quis, finem habituram facile hanc viuendi in Germania conſuetudinem, quum exemplum eius ab his, qui Sacerdotes vocantur, emanet precipue? Hi non in celebritatibus tantum & epulis ſacrorum, ſed vnusquisque domi ſuæ, in patinarum paludibus innatant, ac vitam vocant edere & bibere; aut, ſi non vocant, certe exiſtimant, atque inde alii, nihil non licere ſibi, putant, quum hæc illi faciant. Quo fit, vt ſuus a Germanis patrius & genuinus mos exſulet; in tantum inclinatis hic moribus, vt perditisſimas quasque luxu gentes prouocare posſimus. Quin potius foras propellere iſta conueniebat, & quemadmodum placentæ Diogenes, *ita externo iſti luxui dicere*, ò hoſpes, hinc cito proficiſcere. *Aliquando nos enim vel externa erudire exempla debebant. & quum hodie regium in primis putetur profuſisſime crapulari, audire* Menedemum Philoſophum Antigono, an luxurioſum conuiuium adeat, *percontanti, reſpondentem:* Memento, Regis te eſſe filium: *aut vero* Antiſthenem, *qui,* delicias laudante *quodam*, inimici, *inquit*, delicate viuant. *Inſcriptum cordibus noſtris debet eſſe* Pauli oraculum: Eſcæ ventri, *ait*, & venter eſcis; Deus autem

autem & hunc & illas abolebit. *Idem, quum opera carnis damnaſſet, inter quæ & ebrietatem & comeſſationem poſuerat, ſubdit:* De quibus prædico vobis, quemadmodum & prædixi, quod, qui talia agunt, regni Dei heredes non erunt. *At illi hæc agunt nunc, qui in regnum Dei duces nobis eſſe debent, Sacerdotes, Canonici, Epiſcopi & Pontifices, in tantum, vt per* Germaniam prouerbii vice *ſit*, ſacris initiari debere eum, qui velit ſuauiter viuere. *quaſi hæc illos in primis vita deceat.* Aui *ſui*, Laurentii Hutteni, frugalitate *laudata* (v), *pergit: Et Maiores quidem noſtri, ac illi, quos adhuc vidimus pueri, ſenes, quum ſic cœnarent, ſic veſtirentur* (x), *bene conſtitutis corporibus fuerunt, & contra famem ac ſitim, frigus & æſtum, per laboris patientiam induratis: quum nos, ad primas ſtatim pruinas, manus ac pedes contrahamus, ac, incipiente ſtatim hieme, triplicibus muniamur pellibus; aut intra illa nos recondamus tepidaria, vnde non eximus, niſi ad mediam iam æſtatem, torrente & caloribus omnia adurente ſole. Quum, inquam,* vix

(v) verbis illis, quæ ſupra iam, p. 11, ſequ. protuli.
(x) vt eumdem *Laurentium*, *Auum* ſuum, cœnauiſſe, atque veſtitum antea fuiſſe, prædicauerat.

vix decimus quisque nunc reperiatur in Germania Nobilium, qui non aut podagra laboret, aut articulari morbo crucietur, aut hydropiſi infeſtetur, iſchia, lepra, aut illo, maxima ſecum mala inuehente, morbo Gallico diuexetur. Aliquando igitur ad nos redimus, & illam, hac Natione, hoc imperio, dignam, ingredimur vitam? quam etiam qui, vt hi, quos dixi, molliter nimis viuunt, tamen laudari apud ſe, patiuntur. Neque enim quemquam fere iſtorum eſſe, puto, qui etiamſi ſtudio omni mollitiem colat, & indulgentiſſime circa luxum viuat, non in aliis tamen oderit eam vitam: niſi eſt adeo per incontinentiam excæcatus quis, vt iſtos amet perdite moratos Sardanapalos & Heligabalos, aut multorum diuerſi inſtituti parſimoniam oderit. Profecto amabilis eſt virtus, etiam apud eos, a quibus poſtergatur. Vetus Catonis condimentum eſt, pultem miſcere caſeo & ouo. *Illis autem vere* Germanis olim, *vt adhuc hodie multis*, pultem ex auena cibum fuiſſe, Plinius *refert. At nos transmarina cœnamus, tanta neceſſitatis opinione, vt decretum omnibus paſſim patribusfamilias ſit, quæ hic proueniunt, vendere, vt illa emantur. Quæ res vna locupletauit* Fucheros (y), *qui, donec*

(y) in horum quæſtum lucrumque multis aliis locis acriter

donec nos ſic curamus corpora, ſoli pecunias habent in Germania, ſoli magnificas ædes ac ſpecioſa ædificia: quippe in tantum creuerunt illi voluptatis noſtræ miniſtri, *vt eorum opes ante cuiuslibet ex his Principibus cenſum habeantur. Adeo extra nos peregrinamur, adeo non intelligimus, quæ modo decoquat Germaniã. Quare ſic puto prudentiſſimum fuiſſe, ſi quis omnino, qui ſuperiori ætate hunc metuit nationi noſtræ luxum, has vitæ illecebras, vnde tot peſtes, tot pullulant morbi, omnibus palam videntibus, ab his ſecuros agere, qui illis æquo animo carent: & qui noſtris herbis, ſunt adhuc aliqui enim Germani, condiunt, bene habitis vt plurimum corporibus viuere: illos contra, qui digitos habent croco infectos, & cinamomum ructant, ac gariophyllum ſpirant, & in veſtium luxu deliciantur, omnibus paſſim obnoxios ægritudinibus. Quam proprie igitur locupletem podagram adpellat* Satyricus, *quod egentes fugiat & abſtemios, apud diuites vt plurimum hæreat, crapulones, ebrios, & deliciarios, qui vt* idem Poeta *inquit:*

Interea guſtus elementa per omnia quærunt.

Itaque

acriter ſatis *Huttenus* inuectus eſt. conf. P. I, p. 199. P. II, p. 10, 172.

Itaque quum affatim producat hac terra vitæ neceſſaria, tamen, his quaſi a natura derelictis, ad externa confugiunt, veſtes, cibos, medicinam, ab Herculis columnis, a Taprobana inſula, a Gange fluuio, aut quæ loca iſtis adhuc longinqua magis ſunt, & a Nili prope ortu petentes. Dii mortuis iraſcantur, qui hoc in Germaniam malum admiſerunt primi: rem fecerunt enim indignam Germana grauitate. Nam tales haud fuerunt illi veteres: id quod mecum increpare decet optimum quemque

- - - - - - & qui potiores
Herculis ærumnas credat ſæuosque labores,
Et Venere, & cœnis & plumis Sardanapali.

- - - Meum igitur ſummum votum eſt, ne vmquam podagra, vmquam morbo Gallico careant, qui pipere carere non poſſunt. & vt aliquando miſere famam ferre cogantur, qui nunc vndique non cibum, quo viuant, ſed, quibus gulam irritent, ac adpetitum inuitent, illecebras, quærunt. - - - Ergo dubitamus, quæ tot morborum cauſſa Germanis ſit, quum meminerimus adhuc, cum illo luxu has inuaſiſſe corporum clades? iam enim ita ganeæ, ita deliciis ſtudemus hic, vt videamur, quaſi propoſito præmio, cum

aliis extra populis de turpiter viuendi principatu contendere: habemusque hanc ad rem non imperitos quosdam miniſtros. hi ex vltimis terris conquiſita ad nos gulæ irritamenta conuehunt: hi, quod edamus atque bibamus, & quo veſtiamur, miro ſtudio peregre important. quod quum diu iam magno ſuo, vt prius dixi, commodo fecerint, adeo quosdam delicatos reddiderunt, vt hic viuentes Curſicum bibant, & ab Italis petita cibaria inſumant; contra Romæ quando ſunt, eo, quod apud Rhenum naſcitur, aut quod Neccarus gignit, vino vtuntur. O rem odio dignam! vel idcirco magis, quod Epiſcopi ſunt, qui faciunt iſta. --- Scitum eſt hoc cuiusdam noſtratis medici: qui quum ægro cuidam, qui veteres in tibiis fluxiones patiebatur, mederetur, atque is crapulæ eſſet deditus, & fortiter biberet, nec minus tamen quereretur, nihil proficere medicamina, quin multo etiam, quam a principio, magis fluere vlcera: iſta quidem, inquit, fluere deſinent, ſi tu infundere deſines. --- Quis ex noſtris Maioribus cauit, ne quid vmquam iſtorum venderetur in Germania condimentorum? Pereat piper! pereat crocum! ac ſericum pereat! Aut, ſi quis apud alias gentes iſtorum vſus eſt, ſaltem ea neſciat hæc Natio, aut numquam videat. Noſtratibus

ſtratibus vero hanc mentem induat Chriſtus opt. max. vt antiquorum ad ſe reuocent frugalitatem, & Maiorum ſe parſimoniæ conforment. - - - Tam præclara, tam ſalubria vitæ exempla, vt mente & corpore valeamus, proponere nobis non malimus, quam, vtrinque vt ægrotemus, ad iſtorum, contra naturam viuentium, gulonum molliculorumque hominum mores vitam inſtituere? Agite autem, Turcæ, & reliqui extra religionem populi, volent vmquam effici Chriſtiani, quum, nos ſic viuere videant? Sed futurum credo, vt ſuis edocta malis reſipiſcat Gens noſtra. - - - Cap. XXI, num ſola diæta poſſit reſtitui quis? - - - *Mihi ſane, magno meo incommodo multa experto ibi, fides ſit, ſobrie & parce viuendo, ſi cui euadere malum iſtud liceret, iam ante effugiſſe me; qui totos tres annos ad ſummam maciem extenuaui corpus, quum interim non tenerem quidem morbum, ſed non etiam eiicerem. - - -* Cap. XXIIII, quomodo iuuet Medicina hæc, & an paullatim, an repente ſaneſcant homines. - - - *Audiui medicos dicere, quia ſit alia aliorum corporum ratio, mature aut ſero prouenire. Certum eſt hoc enim, quod idemtidem mihi crebro inculcat* Stromerus, *nobis, qui ſubtiliori agimur ſpiritu, & in ſtudiis litterarum at-*

tentius verſamur, morbos plerumque, ſi accidant, vehementiores eſſe, & longiores. - - - Ac mihi, quum hiemes proximas ſex aut ſeptem in tantum frigerent crura ac pedes, vt ſatis numquam, multis etiam inductis veſtibus, caleſieri poſſent, adeo calent nunc, vt ſimplici vt plurimum indumento frigus arceam. - - Cap. XXV, Quæ Ligni vis, & quos contra morbos qui effectus. - - - *Hæc de iuuamentis Guaiaci dixiſſe ſufficiat: quorum ſi cauſſas a me percontetur aliquis, tunc ad Medicos eum remitto expertos. nam ipſe nihil tale profiteor, neque ita ingreſſus ſum, vt eorum, quæ ſcriberem, continuo rationem quoque redderem: ſed hoc promiſi, quicquid de Guaiaco comperiſſem, aut in me, aut in aliis, & quæ vel ipſe vidiſſem, vel ex aliis auditu accepiſſem, optima in litteras fide referrem, relicturus anſam poſt me multis: qui rem pro ſua dignitate explicabunt.* - - - Cap. XXVI, quos auctori morbos ademerit hoc remedium. *Vel vno hoc euentu cognitum eſt, in nullo nos corporis malo, quantumcunque conclamato, deſperare oportere. Quot eramus enim a Medicis deplorati iam? qui, ſubita & quaſi cælitus interueniente Guaiaci ope, reſtitimus. Quemdam noui vere amicum mihi, acerbiſſime diuexante tum morbo, quum per dolores*

nec

nec quieſcere noctu liceret, nec interdiu cibum capere, ſuaſit mortem mihi: quandoquidem remedium non inueniretur, & defluere corpus tabo ingenti cum dolore & nulla inclinationis ſpe videretur, conſciſcerem: iam te inuito huic malo eripi decet, inquiens. Atque is quidem, Chriſtianos nos eſſe, oblitus erat; amicos eſſe, plus etiam, quam oportuit, meminerat. Omnia in illis olim Martyribus, qui ſtrenue cruciatus pro Chriſto pertulerunt, ſuſpicienda ſunt: ſi quis tamen deficere poſſit, ac animo labi, certe, hoc torquente morbo, poterit. - - - ſiniſtro pede eram inutilis iam; hærente ibi octo plus annis morbo, & in media quidem tibia (z). - - - *Adde illud, quod ſolum ſi mihi ademiſſet Guaiaci medicina: tamen permaximam eius vim prædicare debueram. ſomnum meridianum, quem perdite adpetebam, & cui ita deditus eram, vt nullo intermitterem die, totos pæne ſex annos; quum mihi adclamarent Medici, fere vnam hanc eſſe omnium mihi morborum cauſſam; ego tamen ſuffragari deſiderio non poſſem. At nunc in tantum illud abiit, vt, credo, ſi me inuitem etiam, dormire interdiu non poſſim. His tot tantisque infeſtatum malis, quum deſperaſſent omnes, me tamen bonus, credo, meus Genius*

(z) de hoc pedis morbo vid. ſupra, p. 28, p. 73, n. (h).

quiddam adhuc exſpectare, iubebat. Ecce ad Guaiaci ſuccurſum reſpirare auſus ſum. Quam Deus mentem bonis omnibus indat, numquam vt ſperare deſinant. Me quidem nihil pœnitet mei: &, ſi hoc alioquin conceſſum ſit diu, incolumem etiam & validum victurum, magna ſpe teneor. --- Cap. XVII, ſ. vlt. quæ circa victum poſt curationem hanc obſeruare conueniat. --- *Frictionem, vt nihil præterea, commendat* Galenus, *multam & crebro; de hac iteranda inculcans, præſertim in* Libris, de tuenda Sanitate *qui inſcribuntur: eamdem ſumme extulit* Aſclepiades, *multum* Hippocrates. *huius eſt illud, a multis poſtea repetitum:* Frictione, vehemens ſi ſit, durari corpus, ſi lenis, molliri, ſi multa, minui, ſi modica, impleri. *Hac quotidie vtens hoc tempore, mane præſertim, quando a lecto ſurgit* vir doctiſſimus, Eraſmus Roterodamus, *tueri ſe incolumitatem, valde imbecillis alioqui corporis, putat. meque, vt nihil præterea, obnixe monet, vt faciam, ac ſtudioſos præterea omnes. Sequor amici ſuaſionem, & iuuamentum ſentio.* ---

Neminem equidem excerpta hæc legiſſe, pœnitebit, ſpero: quæ eo vberiora danda, cenſui, quo rarius & huncce

Hutteni

Hutteni de Guaiaci Medicina Librum inueniri hodie, noui; quamuis ſemel iterumque, vt ſupra oſtendi (a), is recuſus, & in patrium ſermonem ſit conuerſus. Nec vero non confido ſimul, vel ex ipſis his vberioribus excerptis *maleuolos iſtos atque maledicos maxime Triumuiros turpiſſimorum conuiciorum*, quibus *Equitis* huius noſtri *Manes* conſectari haud erubuiſſe eos, paullo ante (b) monſtraui, *redargui poſſe atque conuinci.* Mitius quoque de eodem hoc Equite, excerptis his lectis, & illos iudicaturos, arbitror, qui inter puriori Religioni deuotos, de meritis eius non adeo honorifice prædicare quemquam hodie debere, ſtatuunt, quod ex tali laborauerit morbo. Enimuero non ſolum ex copioſioribus iſtis prolatis hactenus a me excerptis patet, *multo ante conflictari morbo iſto cœpiſſe Huttenum, quam beatiſſimo Luthero ſit adſtipulatus:* ſed aperte etiam ex iis liquet, tantum abeſſe, vt morbum, epidemicum fere iſto tempore, *vitæ intemperantia* contraxerit noſter, vt *corporis caſtimoniam*, & *cibi potusque abſtinentiam* ſtu-

 dioſe

(a) p. 113, 115, not. & p. 129, (t).
(b) p. 125, ſeqq.

dioſe ſit conſecutus; velut virtutes, per quas Chriſtianus Deo maxime reconciliari poſſit debeatque. *Hutteni* denique *indolem* atque *naturam*, ac ipſius *ſaeculi* iſtius *conditionem* excerptis illis præclare inſuper exprimi, cenſeo; plane non dubitans, quin optimus quisque, ſi *acerbiſſimos ſummorum dolorum, quos grauiſſimum iſtum morbum attuliſſe ſibi*, capite XXVI de *Guaiaco* Libri conqueſtus eſt, *cruciatus* cogitauerit, vehementer miraturus ſit id, quod ego ſupra, valde mirari me, iam confesſus ſum (c): *Equitem* nempe hunc *tot ſeriis, tot iocoſis ſcriptis Auguſtae, in ipſo adeo valetudinario ſuo, elucubrandis parem fuiſſe.* & quin eruditiſſimus quisque, de *Equitis huius animi ingeniique viribus* liquido inde iudicari hodie poſſe, mecum ſtatuat. Nemini ſaltem, ſi talia reputauerit, *Stromerus* Hutteno adſentatus videbitur, puto, quum legerit in excerptis iſtis, eum crebro huic inculcaſſe, *morbos, vehementiores ipſi longioresque accidiſſe, viſos eſſe, quod, ſubtiliori actus ſpiritu, in litterarum ſtudiis attentius ſit verſatus.* Quam attente vero in litterarum ſtudiis verſatus ſit Huttenus, vel

(c) p. 104.

vel ex eo colligi ſatis poteſt, quod, vt ipſe ingenue faſſus eſt, *curationis adeo tempore, in legendis elucubrandisque libris oblectamenta quæſiuerit.*

Maximam huius de Guaiaco Libri partem Moguntiæ primum, abſente auctore, typis exſcriptam eſſe, me ſupra (d) indicare memineris, Lector. In militiam nempe, contra *Vlricum Wirtenberg. Ducem*, circiter Martium eiusdem anni CIↃ IↃXIX menſem, profectus erat *Huttenus*, *Aulæ iam pertæſus*. Accinctus iam ad expeditionem iſtam *Dialogum* ſuum, qui *Febris* inſcriptus initio anni, vt ſupra iam indicaui (*), *Moguntiæ* prodierat, *in Germanicam linguam conuerſum* ex arce ſua *Steckelbergk* emiſit: *Franciſco de Sickingen* ſaltem, de quo plura paullo

(d) p. 115, not. (*) p. 103, 104. Et *verſionis* & *dedicationis* iſtius mentio a me facta eſt *Analector. ad P. I*, pag. vlt. Conf. ipſa P. I, p. 237, (h). *Prioris* iſtius *primæ Febris verſionis duas* euoluere mihi contigit *editiones:* quarum altera *Lipſiæ* excuſa eſt *per VVolffg. Stœckel* anno eodem. De *alia vtriusque Febris*, & illorum *Dialogorum*, quorum vnus *Vadiſcus*, alter *Inſpicientes* inſcriptus, deinceps editus eſt, *verſione*, ab ipſo *Huttero* confecta, quam ſingulari epiſtola eidem huic *Sickingio* dedicauit, vid. P. II, p. 150, ſequ. quæ integra etiam epiſtola ibi eſt inſerta.

paullo poſt commemoranda mihi denuo erunt, breui hac *Epiſtola* inde dedicatum iuit. *Dem Ernueſten tewren vnd hochberümpten* Franciſco von Sickingen Hauptmann *&c. entbeüt* Vlrich von Hutten zum Stœckelberg, der junger, *ſeinen freündlichen gruſſ vnd willigen dinſt. Wie wol dis kleyn büchlin, dieweil es etwas ſchimpffs oder geſpeyes innhelt, ewerem handel oder übung, die yr dann ſunſt vnd zuvoran yetzo in ernſtlichen, kriegiſchen, ritterlichen vnd tewern gethaten hyn bringet, nit gemesſ iſt, darumb ich euch das ſunderlich vnd in ewerm namen zuſchreiben, oder eygen ſolte. Aber dieweil, als ich jüngſt bei euch geweſen, vnd yr das ſelbig büchlin im latein leſen hœrtet, mercket ich ewer neygung vnd willen, dasſ yr ſolchs gern in teütſch transferiret haben woltet. Auff das ich nu, vvie ich alvveg gefliſſen, euch hyrinn vvilfare, vnd evvrm beger volge thu, vnd fürnemlich darumb, das yr dem Feber auff vnd evverem haus vnd ſchloſſen, bei vveilen auch offnung vnd herberg geben müſſen hat, damit yr dann ym, vvo es bei euch ferner anklopffen oder vnterſchleiff vnd herberg begeren vvürde, deſterbasſ begegen mœget, ſo hab ich ſolchs büchlin vom latein in das teutſch, vvie vvol das im latein vyl liepli-*

lieplicher vnd künſtlicher dann im teutſchen lauten mag, vervvandelen laſſen, euch guter meynung dedicieren zu ſchreiben vnd zu eygen vvœllen, mich euch hiemit beuelhen, dann euch lieb vnd dinſt zu thun bin ich alzeit geflisſen. Datum zum Stœckelberg *auff dem erſten tag des Mertzen jm jar M. CCCCC vnd XIX.*

Quod ad ipſam iſtam *expeditionem* ac *militarem adparatum* attinet: de hoc fuſe ſatis iam P. I (e), a me actum eſt. vbi ſimul commemoraui (f), quam reuerenter *Huttenus* a *fortiſſimo iſto Franciſco de Sickingen* in ipſis caſtris ſit tractatus, & quam prolixe cumulateque is *Ioannis Reuchlini, optimi Senis*, ſaluti per ipſum hunc *Sickingium* conſultum iuerit. *Magnus* videlicet *hic in Germania ductor*, vt *Petrus Moſellanus Iulium Pflugium* litteris tum docuit (*), *Hogſtratum ac ſodales grauiter vrgebat, quo Capnioni rei familiaris iacturam, quam propter eos fecerat, intra ſtatum tempus reſarcirent: alioqui ſe eos pariter, & Colonienſem Rem-*

(e) p. 216,--226. (f) p. 223, 224.

(*) quas *celeb. Schilterus* Libro VII, de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ*, cap. 2, pag. 840, ex *αὐτογράφῳ* deſcriptas, inſeruit. agitur ſimul litteris his verboſius de *Diſputatione Lutheri cum Eccio, Lipſiæ habita anno* cIↄ Iↄ XIX. verba iſta leguntur p. 850.

Rempublicam, adſtictʼurum, minitatus. deuoluti enim erant Reuchlini hoſtes in expenſarum condemnationem. Serio quidem cauſſam huius egiſſe *Sickingium*, ex ipſius *Conſulto*, ſiue *Decreto*, in *Reuchlini cauſſa* tempore iſto publicato, amplius perſpici poteſt. Hoc quin ex Hutteni noſtri ingenio profectum, auctore ſaltem eo atque impulſore confectum ſit, quum non dubitem: operæ pretium facturus mihi videor, ſi integrum illud protulero; vt ab obliuionis ſic vindicetur, aliqua ex parte, iniuria. *Eruoderung vnd Verkundung: des Edeln vnd veſtn* Franciſ. von Sickingen, zu Eberburg, *an vnd wider* Prouincial prioren *vnd* ConuentenPrediger ordens teutſcher nation *vnd ſunderlichen* Bruder Jacoben von der Hochſtraten, *auch* prediger ordens, *von wegen vnd namen, des* hochgelerten vnd weitberümbten Herrn Johann Reuchlins baider Rechten doctor, *ſeiner erlangten Executorial halben &c. Euch den wirdigen, hochgelerten, gaiſtlichen, andechtigen, herrn* Eberharten, doctor prouincial, *auch allen andern* Vettern vnd Brüdern prediger ordens teutſcher Nation, prouintz *ſampt evvr in mich beſtimpten ſachen,*

anhen-

anhengern vnd vervvandten, thun ich Franciſcus von Sickingen *zu vviſſen, Nachdem euch vnd gemainlich aller erberkait, baider gaiſtlicher vnd vverntlicher ſtendt vnuerporgen, vvelcher masſen vnd mit vvas geſchvvinden, aufſetzlichen pratiken die evvren, den* wirdigen hochgelerten, herrn Johann Reuchlin, *meinen beſondern guten freund, zu mercklichem vnrat, nachteil, ſchmach vnd verletzung ſeiner eeren, vvider Bæbſlicher Hailigkait verpot, auch vveiland Romiſcher Kaiſerlichen mayeſtat, hochloblicher gedechtnus vnſers allergnedigiſten herrn, dartzu vil trefflicher des hailigen reichs Churfürſten, Grauen, Herrn, vnd hochgelerten, maynung vnd vvillen, ſo vil an euch gevviſen, vnpillich beſchvvert habend, noch teglich an vntterlasſ, mit vnzimlichen ſmach, ſchrifften vnpillichen antaſten, nit vntterlasſen, vber vnd vvider das er euch, vrtail vnd ſententz ſampt erſtatüng Koſten vnd ſcheden, die dann rechtlich gemeſſigt, vnd darauff gebürlich Exemtorial brieff, mit anruffung vveltlicher bandt erkent ſindt, abbehalten hat, vvelchs alles, jr durch ain vermaint vngegrungt freuel vnd vmbtreyblich appellation, aufzuhalten, vnd obgedachten* doctor Reuchlin, den bedagten erfarnen, frumen, Kunſtreichen man,

mit

mit vveitleufftigen gerichten, vnendtlichen, vnerhœrlichen procesſen aufzubellingen, vnterſtend. Dievveil aber ich in masſen, vil ander mere, dem erbern rechten, vnd der pillichkait genaigt, ob ſolchem evvrem geübten fürnemen von des gemelten doctor Reuchlins *vvegen, auch der erzelten vnd ander bevvegliche vrſachen, ſunderlich auch vmb des vvillen, das er meinen eltern offtmals gefellig dinſt erzaigt, vnd vveiter das ich pillich zu hertzen fur vnd bevveg, er ſich ſo vil an jme gevveſen befliſſen hat, mich in meiner jugent ſitlicher tugent, zu vntervveiſen, nit vnpillich miſſallen trag. So ſtet an euch* herrn prouincial, *als der obgedachten* prouintz obern, *dem dann* Bruder Jacob Hochſtraten *dartzu alle andre vetter vnd brüder, in dergleichen ſachen vnttervvorffen ſind, mein ernſtlich beger vnd geſynnen, jr vvollet bey obgedachter prouintz, vnd ſunderlich* Bruder Jacob Hochſtraten, *auch andern ſeinen anhengern, fürderlich vnd mit ernſt handeln, darob ſein, ſie dahin vermœgen, vnd vvie pillich vntervveiſen, das ſie* doctor Reuchlin *hinfüran künfftiglich rüvvig laſſen, ferrer nit vmtreiben auch mit ainiger ſmach ſchrifft beſvvern, ſonder ſeiner behalten vrtail, vnd darauf erkanten Executorialen, jrer*

ver-

vermainten freuentlicher Appellation, dy allein vmtreibens vnd aufhaltens halb, fürgenommen iſt, vnuerhinndert, in Monats friſt, negſt nach ditz brieffs, euch beſchehen vberantvvortung, benügen tun, jme auch die taxirten coſten, nemlich hundert vnd aylff gulden entrichten, vnd ſich der verfallen peen halb, das ſie jnen vvider Bæbſtlichen richter inhibition, durch ir auſgedruckte ſchrifften, geſchmecht han, mit jme vertragn, darzu gnungſamlich ſicherhait vnd Caucion tun, jnen hinfür ſolcher ſachen halben, in khainen vveg zu beleſtigen, noch beleſtig zu vverden verfügen, dartzu jme vnd mir ſolchs vnter evvr, als prouincial, mit etlichen, zvvay oder dreyen der prouintz, fürnemenſten Clæſtern Prioren, vnnd Conuent, von vvegen gemainer prouintz jnſigln, jn obberürter Zeit, lauter mit claren, vnuerdünckelten vvorten zu ſchreiben, dann vvür offtgemelter doctor Reuchlin, *in vorgnanter Zeit ſeines Koſtens, vnd anders nicht entricht, noch zufrieden geſtelt, auch verſichert, vnd zugeſchrieben vvirt, als obgemelt iſt, ſolt ir alsdenn vviſſen, das ich mit ſampt andern meinen herrn freunden vnd günnern, die ſolcher evvr geübten handlung, auch hæchlich miſſallens haben vvider euch, di gantz prouintz, auch deren adhe-*

 renten,

renten, zu fürderung erlangter rechten vnd der pillichkait, jn vermœgen Babſtlicher vrtail, darauff geuolgter Executorial, auch deshalb hieuor auſgegangner Kaiſerlicher maieſtat obgnant mandat denſelben, vvie pillich vnterdeniglich zu gehorſamen, vnd die erber gerechtigkayt zu erlangen trachten, fürzunemen vnd handeln vvil, damit doctor Reuchlin, *als* ein alter frumer, vnter den hochgelertigſten nit der nyderſt, des Eere Kunſt vnd Lob in weiten landen erſchollen, vnd ausgebreit, *Solcher gevvaltiger evvr durchechtung, eyneſt vertragen in diſem ſeinem erlichen hergebrachten alter bey rüe bleibe, auch ſo vil got gefellig, friedlich beſchlieſſen mœge, vnd dardurch vermerkt vverde, das vilen hohen adenlichen vnd andern, treffentlichen, vverntlichen ſtenden, jch geſchvveyg der hochgelerten vnd gaiſtlichen, ſœlch evvr byſhere gegen doctor* Reuchlin *aigen vvillen notturfft, geübte handlung von hertzen vnd gemüte, layd gevveſen vnd noch ſey. Das hab ich euch herren den Prouincial, für euch ſelbſt, vnd von vvegen evvr prouintz, deren Vetter vnd Brüder, eins für alles, vnangezaigt nit vvœllen laſſen, des vviſſens, vnd darnach entlich zu richten haben, Wievvol ich ſunſt auſſerthalb dieſer ſachen euch vnd dem Orden, gefallens*

ſallens zu erzaigen vvol genaygt vvere. Geben vnter meinen angebornen, auffgedrucktem jnſigl Freytag negſt nach ſant Jacobs, des bailigen apoſtels, tag Anno &c, XIX.

Quantum ponderis hoc *fortiſſimi Fr. Sickingii* (ff) *Edictum* habuerit, inde colligi poteſt, quod initio inſequentis anni *Fratrum Prædicatorum Prouincialis*, vt adpellari ſolet, *Ingolſtadium*, vbi *Reuchlinus* tum docebat, duos legatos miſit, qui *pacis conditiones* huic offerrent, indicarentque, *Ordinem Prædicator. in gratiam denique cum eo eſſe rediturum.* quod ipſe *Sickingius* medio anno *Reuchlinum* litteris certiorem fecit, *opera ſua exſtinctam demum eſſe Litem, quæ inter Prædicatores & eum tam diuturna fuerit; idque cum eius honore, Prædicatorum expenſis, eaque prorſus forma, quæ ipſi ac amicis poſſet placere.* quod denique, anno nondum exacto, ex quo *Edictum* illud promulgatum fuerat, *expenſarum Litis ſumma a Prædicatoribus Reuchlino in bono auro eſt perſoluta* (g). Quæ quum ita ſint, *Huttenus* vere ſcripſit,

(ff) *quantus Vir* fuerit hic *Sickingius, Hutteni Verbis* P. I, p. 223 expoſui; *Merita* vero multis P. II locis, quæ index, Parti ei ſubiunctus, indicabit, ſum perſecutus.

(g) narrantur talia in *Io. Reuchlini Vita*, adcurate a *Io. Henrico*

renten, zu fürderung erlangter rechten vnd der pillichkait, jn vermœgen Bæbſtlicher vrtail, darauff geuolgter Executorial, auch deshalb hieuor außgegangner Kaiſerlicher maieſtat obgnant mandat denſelben, vvie pillich vnter deniglich zu gehorſamen, vnd die erber gerechtigkayt zu erlangen trachten, fürzunemen vnd handeln vvil, damit doctor Reuchlin, *als* ein alter frumer, vnter den hochgelertigſten nit der nyderſt, des Eere Kunſt vnd Lob in weiten landen erſchollen, vnd ausgebreit, *Solcher gevvaltiger evvr durchechtung, eyneſt vertragen in diſem ſeinem erlichen hergebrachten alter bey rüe bleibe, auch ſo vil got gefellig, friedlich beſchlieſſen mœge, vnd dardurch vermerkt vverde, das vilen hohen adenlichen vnd andern, treffentlichen, vvernlichen ſtenden, ich geſchvveyg der hochgelerten vnd gaiſtlichen, ſœlch evvr hyſhere gegen doctor* Reuchlin *aigen vvillen notturfft, geübte handlung von hertzen vnd gemüte, layd gevveſen vnd noch ſey. Das hab ich euch herren den Prouincial, für euch ſelbſt, vnd von vvegen evvr prouintz, deren Vetter vnd Brüder, eins für alles, vnangezaigt nit vvœllen laſſen, des vviſſens, vnd darnach entlich zu richten haben, Wievvol ich ſunſt auſſerthalb dieſer ſachen euch vnd dem Orden, gefallens*

fallens zu erzaigen vvol genaygt vvere. Geben vnter meinen angebornen, auffgedrucktem jnſigl Freytag negſt nach ſant Jacobs, des hailigen apoſtels, tag Anno &c, XIX.

Quantum ponderis hoc *fortiſſimi Fr. Sickingii* (ff) *Edictum* habuerit, inde colligi poteſt, quod initio inſequentis anni *Fratrum Prædicatorum Prouincialis*, vt adpellari ſolet, *Ingolſtadium*, vbi *Reuchlinus* tum docebat, duos legatos miſit, qui *pacis conditiones* huic offerrent, indicarentque, *Ordinem Prædicator. in gratiam denique cum eo eſſe rediturum.* quod ipſe *Sickingius* medio anno *Reuchlinum* litteris certiorem fecit, *opera ſua exſtinctam demum eſſe Litem, quæ inter Prædicatores & eum tam diuturna fuerit; idque cum eius honore, Prædicatorum expenſis, eaque prorſus forma, quæ ipſi ac amicis poſſet placere.* quod denique, anno nondum exacto, ex quo *Edictum* illud promulgatum fuerat, *expenſarum Litis ſumma a Prædicatoribus Reuchlino in bono auro eſt perſoluta* (g). Quæ quum ita ſint, *Huttenus* vere

L 2 ſcripſit,

(ff) *quantus Vir* fuerit hic *Sickingius*, *Hutteni Verbis* P. I, p. 223 expoſui; *Merita* vero multis P. II locis, quæ index, Parti ei ſubiunctus, indicabit, ſum perſecutus.

(g) narrantur talia in *Io. Reuchlini Vita*, adcurate a *Io. Henrico*

ſcripſit, *Fr. Sickingium in negotio hoc magnitudinem*

Henrico Maio conſcripta, & an. 1687, 8, ed. p. 509.-512. vbi vero nulla *Edicti*, *a Sickingio lati*, fit mentio: nec viſum hoc eſſe a *cel. Maio*, inde coniicio, quod optauit, *vt plura de reconciliatione iſta atque compoſitione exſtarent.* Noua interueniſſe impedimenta, quæ compoſitionem hanc aliquamdiu retardarint, ex his *Hutteni verbis*, quæ *epiſtolæ*, *ad b. Lutherum vergente anno iſto ſcriptæ*, ſubſecta ſunt, coniicere quis poſſit: *Capnion huc veniet propediem. ita facturum reſcripſit Franciſco* (Sickingio). *Prædicatores trepidant. videbimus rei euentum.* vid. P. II, p. 133. De ipſius *Litis*, qua *Prædicatores* tam præclare de poſteritate promeritum *Reuchlinum* inde ab anno cIↄ Iↄ XIII grauiter diuexarunt, *origine* ac *progreſſu* multi eruditiſſimi Viri præter laudatum modo *Maium* commentati ſunt: in primis *celeberr. Hermann. von der Hardt Hiſtoriæ litterariæ Reformationis* P. II: in *Moguntina Reuchlini Hiſtoria*, *Helmſt.* an. 1715, 8, ed: & in *compluribus Iubilæis Reuchlini Symbolicis:* quæ proximo anno *Exſequiæ Reuchlini*, cIↄ Iↄ XXII *Stutgardiæ defuncti*, *in publico Academiæ Iuliæ Auditorio factæ*, ſunt ſecutæ. *Hiſtoriam* eiusdem *Reuchliniani Certaminis breuiter enarratam celeb. B. G. Struue Collectan. Manuſcriptor.* Faſciculo II inſeruit. Plurima quidem etiam de *Certamine* hoc *cl. Iac. Echard*, in citata ſupra, p. 66, (q), *Vita Iac. Hochſtrati* commemorat: at eum nimium *inſenſiſſimo huic Reuchlini hoſti*, veluti *tribuli* ſuo, fauiſſe, conіectu facile eſt. Nusquam vero *Sickingiani Edicti* mentio, quantum memini, iniicitur.

tudinem ſuam oſtendiſſe. Scripſit ita *Moguntia* ad *Eraſmum Roterod.* VII circiter hebdomadibus ante, quam *Edictum* illud fuerat publicatum. *Iunio* namque *menſe eiusdem* cIↄ Iↄ xix *anni*, expeditione iſta iam confecta, *Moguntiam* noſtrum reuerſum eſſe, P. I (h) narraui. Ipſa hæc, *ad Eraſmum ab Hutteno ſcripta* tum, *Epiſtola* quum multa nos de *expeditione* iſta *bellica*, de *Sickingii virtute*, de ipſius *Hutteni*, *Eraſmi* atque *Reuchlini fatis*, de *ſingulari Alberti Archiep. in Eraſmum munificentia* doceat, & in ſingulis *Eraſmi Epiſtolarum voluminibus* fruſtra quæratur, digna omnino mihi videtur, quæ integra adponatur (i). *Huttenus*

 Eraſmo

(h) p. 226.

(i) ſubiecta eſt ea *Eraſmi Roter. Rationi ſ. Methodo compendio perueniendi ad veram Theologiam*, *Baſileæ*, & alibi ſæpius; mutato etiam titulo, recuſæ: ſed nec ſingulis *Libelli editionibus Hutteni Epiſtola* acceſſit. acceſſit hæc *Baſileenſi* editioni, quæ ap. *Io. Frobenium* an. cIↄ Iↄ xx, 4, & an. cIↄ Iↄ xxII, 8, prodiit. & ex ipſa hac editione *Epiſtolam Hutteni* tranſcripſi. *Primæ Baſileenſi Libelli editioni*, quæ an. cIↄ Iↄ xIIx emiſſa eſt, *Epiſtolam* hanc acceſſiſſe, nemo coniecerit forſitan: licet *Eraſmus* illa epiſtola, qua ad eam *Antuerp. XXIII Iul. cIↄ Iↄ xix* reſpondit, & quæ CCCCXLVII eſt *edit. Leidenſ.* confir-

Eraſmo ſuo S. Tuas infinitas ad me epiſtolas non vidi : nam vnam accepi in exercitu cum Tubingam *obſideremus, eamque perbreuem : quod videre te oportet, cui infinitas illas committas. Verum de eo, quem huc cum Libro* (k) *Principi*

confirmet, *ſe eam excuſam prius legiſſe, quam ſcriptam.* Vtvt ſit, *Hutteni Epiſtola* ſcripta eſt *Moguntiæ Nonis Iunii, cIↄ Iↄ xix, Eraſmus Libellum* ſuum, *Alberto inſcriptum*, foras dedit exeunte anno priore. cuius *Libelli* ſui & in illa meminit epiſtola, quam *Louanio xxiii April. cIↄ Iↄ xix ad Huttenum* antea ſcripſerat, CCCCXIII, eiusd. *edit. Leid.* P. I, p. 217 a me memoratam.

(k) cum indicata modo *Ratione, ſ. Methodo compendio perueniendi ad Veram Theologiam;* quam *Alberto Archiepiſcopo*, Epiſtola, *Louaniæ* exeunte anno cIↄ Iↄ XIIX ſcripta, nuncupauerat *Eraſmus*: ipſa hæc Epiſtola eſt, qua ſcripſit *Eraſmus*: --- *Pauli ad Romanos Epiſtolæ Paraphraſin tuo Nomini deſtinatam. Hunc animum meum litteris ſignificarum Iuveni, non minus eruditione, quam imaginibus, claro*, Vdalrico Hutteno; *ſed hoc Vnice nobili, quod tua dignitas illum inter præcipuos ac interiores officiarios complectitur.* --- *Non deſunt Vel apud Germanos, qui mea ſententia cumulate Valeant tuis ſanctiſſimis Votis ſatisfacere : Vel* Huttenum *habes domi, linguæ Latinæ delicium.* Alia epiſtola, ad eumdem *Albertum* paullo ante ſcripta, CCCCXIX, *edit. Leidenſ.* teſtatus eſt, *Hutteni ingenium in dies magis ac magis exoſculari omnes: cui quod* Albertus

Principi offerendo miſiſti, nihil eſt, quod ſollicitus ſis (l)*: omnia pertulit. Neque ego ſegnius rem curaui tuam; & Principem habui ad id negotium alacrem. Non egebat praeconio meo tuum munus; ornabat ipſum ſemet abunde. Vt legendo percurrerat:* en dignam, *inquit,* Eraſmo rem! ſic ille vt diu faciat, diu nobis ſuperſit! *precatuſque eſt felicitatem tibi omnem, plenus optimae de te ſpei. Quippe intelligit, quam tu lucem ſtudiis, quod ſtudioſis commodum inuehas. Venit poſt* Stromer; *nam in Saxonia vxorem duxerat, neque ſtatim ſecutus erat Aulam, qui quum tua alioquin omnia, magis, quam credas aliquis, admiretur, tum vel in primis hoc Opus adorat.* Gregorium Coppum, *alterum Principis Medicum, feciſti totum* Eraſmicum: *habet tuos labores in manibus ſemper, legitque, vt vix*

 alius,

tus *tam candide faueret, multum laudis, immo gratiae, eum ſibi apud omnes eruditos parere*, adſeuerauit. Ep. CCCCLVI eidem *Alberto* confeſſus eſt, *animum de* Hutteno *ſic ſibi praeſagire, hominem aliquando magnum ornamentum Germaniae futurum, ſi modo & Dei praeſidio vita ei ſuppetierit, nec* Alberti *fauore deſtitutum ſe, is ſenſerit.*

(l) ſollicitum ſe quodammodo fuiſſe, an *Libellus* iſte redditus ſit, *Eraſmus* epiſtola, ad ipſum *Albertum* XX Maii inſequentis anni *Antuerp.* ſcr. prius declarauerat; quae CCCCXIX eſt; modo citata.

alius, auide. Hoc nomine iraſcuntur tibi multi, quod, ex Medicis, *aiunt*, Theologos facere te. *Iam & Iureconſultis moleſtus es; quosdam a* Bartolo *tranſuerſos agens, qui in tuis nunc otiantur, relicto penitus foro. Eamdem cladem* Theologiſtarum *ſtudio quum intuleris, adhuc miraris, quod te oderint? faciunt ipſum hoc ſuo quodam iure: nam bene raro faciunt aliquid. Fuit totum hic menſem rumor, &, credo, ad vos vsque peruenit,* in bello occubuiſſe me. *Hoc illi exſultabant, hoc triumphabant. Quod ſi quid mihi accidiſſet, certum habeo*, a Chriſto hoc impetraſſe ſe, *dicturos fuiſſe. Iam ſcio enim, male precari nobis. Legi* Dialogum Latomi (ll), *& riſi. Tu vero non debes putare, te*

(ll) *Iacobi Latomi, Theologi Louanien. de trium Linguarum & Studii Theologici Ratione Dial.* Quamvis fuerant, qui ſuſpicati erant, *bonam Libri huius partem P. Moſellani Orationi, de Variarum Linguarum, & præcipue Græcæ, Cognitione paranda, Lipſ. an.* cIↄIↄxIIx *editæ, oppoſitam eſſe: multo maximam tamen Libri iſtius partem oblique in Eraſmum tortam eſſe*, ſimul ſunt ſuſpicati. qualem *ſuſpicionem Libello, bidui labore effuſo ſerius, quam ſcripto, depellere ab ſe contendiſſe*, ad ipſum iſtum *P. Moſellanum*, ep. CCCLXXX *edit. Leid.* ſcripſit *Eraſmus.*

te hoc perdidiſſe tempus (m), *quod ſcribendæ* Apologiæ *dediſti; nam id nobis magni lucri vice fuit. Quod ſcribis de* Ferdinando, *mire placet, ſtudia noſtra amare Adoleſcentem* (n). *Erexiſti animum mihi, ſperanti, fore, vt orbis*

 capita

(m) in eadem hac ad *Moſellanum* epiſtola ſcripſerat, *piguiſſe ſe, in eiusmodi næniis multum operæ collocare.*

(n) habebat tum *Ferdinandus*, *Caroli V Imp. Frater*, annos XVI. Ipſe *Eraſmus* paullo ante, quam *Huttenus* talia ſcripſit, *Ludou. Viui* confirmauerat ep. CCCXCIV; *quo ſæpius colloqui datur cum illuſtriſſimo* Ferdinando, *hoc mihi indoles illius magis ac magis arridet:* in epiſtola vero CCCC VII, ad *Io. Thurzonem*, eodem fere tempore, ſcr. *Ferdinandum* his laudauit verbis: *Eſt Adoleſcens prorſus indole diuina, docilitate incredibili, probitati virtutique natus; ad hæc amabili quadam morum grauitate.* conf. P. II *Commentarior. meor.* de *Fatis Linguæ Lat. in Germ.* p. 558, ſequ. p. 562, not. memoraui quidem, *Io. Cyr. L. B. in Polhaim* auctoritatem ſecutus, *ipſum Eraſmum Ferdinandi ſtudia aliquamdiu rexiſſe:* at *Eraſmus* epiſtola illa ad *Ioan. Thurzonem* adfirmat, *fuiſſe quidem, qui ſe Ferdinando Principi præceptorem dare voluerint, ſed fuiſſe, cur Aulæ committere ſe noluerit.* ep. CCCC XIV, ad *Io. Borſalum* ſcripſit: *vt* Ferdinando *præceptor eſſem, actum eſt ſedulo, quum per alios permultos, tum per* Principem Bergenſem: *& is eſt Princeps, vt meliorem, magisque docilem, nec optare poſſim. ſed deterrent me quædam, quæ tuto litteris committi non poſſunt.*

capita aduerſus barbariem nobiscum conſpirent. Albertus Cardinalis *ſtrenue nos tuetur, meque adhuc habet liberaliter ; & tui deſiderio tenetur maximo* (o). *Inique facis, qui te non offers illi; non credens mihi, toties clamanti propenſam illius erga te benignitatem. Mihi commiſit munus, quo te viciſſim honorat.* Patera *eſt* ex argento deaurato, *præter id, quod* pondere permagna *eſt*, arte adhuc com-

(o) *deſiderium ſuum videndi Eraſmi ipſe Albertus* expoſuit in epiſtola, ad eum data *Id. Septembr. an. cIↄ Iↄ xviii*, & *Rationi ſ. Methodo* iſti præfixa: qua inter alia ſcripſit: *cepit nos ingens quoddam te videndi deſiderium: quippe nihil magis ex dignitate noſtra arbitrati ſumus, quam, quum nos Dei opt. max. benignitate, in principem Epiſcoporum locum euecti ſimus, eum virum, qui non per Germaniam modo, ſed vniuerſam prope Europam, in litteris principatum obtineat, complecti ac fouere. Proinde tantum defuiſſe fortunæ noſtræ, ſi, te non viſo, ab hac vita migrare contingeret. --- Quod faxit Chriſtus ſeruator, vt quem abſentem ex libris admiramur, eius coram adloquio frui liceat. -- Eruditam & elegantem* hanc *Alberti Epiſtolam* Libello ſuo ſe præfixiſſe, *Eraſmus* in epiſtola CCCCXIII, ad ipſum *Huttenum* ſcr. adſeuerat, *non perinde, vt exſtaret illius erga ſe fauoris monimentum, atque vt alios, tanti Principis exemplo, ad bonarum litterarum ſtudium accenderet.*

commendabilis (p). *Non iudicabis indignum Principe munus: quamquam ipſe dicat,* hoc ſe dare fugienti tibi, daturum, ſi quando accedas, ampliora multa, *vocatque* Amoris *hoc* Poculum (q). *Ipſe, quo tibi*

(p) in ep. CCCCXLVII ad *Huttenum*, miratus eſt *Eraſmus, qui factum ſit, vt Patera iſta prius ad omnes peruenerit Hutteni litteris, quam ad ſe. Eraſmum* enim *has Hutteni ad ſe ſcriptas litteras excuſas prius, quam ſcriptas, legiſſe* ſupra p. **166 (i)** oſtendi.

(q) d. XVI Aug. anni iſtius munus illud *Alberti* nondum ad *Eraſmum* peruenerat, vt ad ipſum *Albertum* ep. CCCCLVI, ſcripſit: ſpondens, *vbi redditum illud fuerit, ſemper, vt rem quampiam ſacram, id ſibi ſeruatum, oſtentatumque iri, vt eius erga ſe animi pignus, & de ſe iudicii monimentum.* Reddito demum eo, *Louanio 1 Nouembr. ad Albertum* ep. CCCC LXXVII ſcripſit: *Redditum eſt mihi celſitudinis tuae munus, materia iuxta atque opere viſendum & inſigne, dignum quidem, quod a tali Principe mitteretur, ſed haud ſcio, an dignus Eraſmus, ad quem mitteretur; quem magis conuenit vitreis, aut Samiis, quam auro caelatis poculis bibere. Quod ſi calix vitreus miſſus fuiſſet, tamen mihi inter ea, quae maxime ſunt in deliciis, reponetur: vel ob id ipſum, quod ab Heroe longe optimo profectus fuiſſet. Commendauit autem mihi non mediocriter munus, per ſe gratiſſimum,* Huttenus *noſter, qui docuit, adpellari* Poculum Amoris, *ceu* Gratiis ſacrum, *ob id opinor, quod quum velut oſculo ſibi committuntur, e duobus*

Digitized by Google

tibi mittam, dubius ſum. Nam in Angliam *aiunt abire te. Scribe, quid fieri velis de* Patera *primum, deinde, quid tibi proponas? Belli proſpere omnia euenerunt. Magno Germaniam periculo, publico metu liberauimus. Quid magnopere curemus enim, quod viuat ille* (r), *cui, quia ademimus omnia, viuendum miſere eſt? Totam aliquando rem leges* (s). *Studgardiæ* Capnionem *conueni, poſitum magno in timore* (ſ). *Militares furores metuebat bonus Pater. Sed ego,* Franciſco (sſ) *ductore apud duces intercedente, caueram, ſi vi capienda* Stutgardia *eſſet, in exercitu vt proclamaretur,* Capnionis Penatibus ne quis noceret (ſſ). *Hoc, neſcis, quantum ille & quale beneficium interpretetur: quum ego conſcius*

duobus fiat vnum: addit, eam ineſſe vim, vt, qui ex hoc biberint, tenaciſſima quadam beneuolentia conglutinentur. Methodum, Alberto dedicatam, ſe recognouiſſe iam tum, & auctario non mediocri locupletaſſe, extrema epiſtola adfirmauit *Eraſmus.*

(r) *Vlricus Wirtenberg. Dux.*

(s) quibus *Epiſtolis* totam iſtam rem perſcripſerit *Huttenus*, expoſui P. I, p. 218 ſeqq.

(ſ) *Capnioni bene eſſe, gaudere ſe,* confirmauit *Eraſmus* epiſtola ad *Huttenum*, paullo ante cit. CCCC XLVII.

(sſ) *Sickingio.*

(ſſ) vid. P. I, p. 224 (o).

ſcius mihi ſim, officii mei fuiſſe, vt viderem, ne quid pateretur ſe indignum Vir doctiſſimus atque optimus. Præcipue eo in negotio magnitudinem ſuam oſtendit Franciſcus, *Vir, qualem diu non habuit Germania; & qui meretur, vt eum tuis quoque litteris poſteritati commendes* (ſt). *Mihi quidem ſpes eſt, magnam hoc ex Viro laudem acceſſuram huic nationi* (t). *Nihil in antiquis admiramur, quod non ſtudioſe imitetur ille. Viget in homine conſilium, viget eloquentia: alacriter omnia adgreditur: induſtria eſt, qualem in ſummo Duce quæras. nihil humiliter dicit; nihil facit. Et iam forte rem molitur longe pulcherrimam. Deus opt. max. fortiſſimi viri conatus adiuuet. Mecum ipſe* Capnionem *adfatus eſt perquam familiariter, qui nos ſalutando* Flagellum Dei *adpellabat. Promiſitque* Franciſcus *opem nobis omnem ſuam* (tt). *Quid multa? Intelligis, quale nobis ex illo præſidium eſſe poſſit: in primis*

(ſt) *Franciſci Sickingii nomen litteras emori haud paſſuras, niſi ingratitudinis poſtulari Voluerint, Eraſmus* eadem iſta ad *Huttenum* epiſtola prædixit.

(t) conf. P. I, p. 225. P. II, p. 128, 156. 209. Quid molitus ſit *Sickingius*, ead. P. II, paſſim docui.

(tt) tuliſſe omnino opem *Sickingium*, nec *Capnionem* opprimi paſſum eſſe, ſupra probatum *Edictum* eius ſatis teſtificatur.

mis Capnionem *non patietur opprimi. Hac magna nobis fiducia eſto. Vale, mihique ocysſime ſcribe de rebus communibus copioſe. Quid enim breues tuas epiſtolas mihi obiicis? Iterum vale.* Moguntiæ *Nonis Iunii.*

Poſtquam igitur, expeditione contra *Vlricum D.* finita, *Moguntiam* ad libros ſuos atque ſtudia ſic reuerſus ſit *Huttenus, egiſſe ipſum cum Principe ſuo Alberto, vt ab Aula ſibi ſeiuncto, adnumerato nihilominus ſtipendio, inter litteras conquieſcere liceret; idque ipſum cum magno ſtudiorum ſuorum fructu impetrasſe, ſibi viſum eſſe,* P. I (u) monſtraui. Eiusdem Principis ſui ſumptibus *trium linguarum Scholam* adornare eum tum *Moguntiæ* inſtituiſſe, *Petrus Moſellanus* teſtatur (v). Qualem Scholam *Eitelvvolfium de Lapide* inſtruere, ibi antea parauiſſe, morte impeditum, eadem P. I (x) a me oſtenſum eſt.

(u) p. 226, 227.

(v) indicata ſupra ad *Iulium Pflugium* epiſtola, quæ celeb. *Schilterus* Lib. VII *de Libertate Eccleſiar. Germ.* cap. 2, p. 840 inſeruit, qua cum talia *illuſtriſſ. Pflugium* docuerat, his eum adlocutus eſt verbis: *Vides, quam paucis annis tota Germania litteras cœperit amplecti. Et in hac laude* Friderico, Principi Electori Sax. *primæ debentur.*

(x) p. 186.

eſt. Conieϲtu autem facile eſt, multa Hutteno in hoc ſuo inſtituto obieϲta fuiſſe impedimenta: quibus acriores non ita multo poſt Pontificis Rom. acceſſerunt comminationes; quæ hoc & alia ipſius conſilia turbauere quodammodo. *Moguntiæ*, inito eodem CIϽ IϽ XIX anno, *Dialogum* ſuum, qui *Febris* inſignitus eſt, eum emiſiſſe, ſupra ſemel iterumque iam præmonui (y); ſuſpicatus, Dialogum hunc *Auguſtæ* priori anno maximam partem eſſe elaboratum. Copioſe de eo P. I a me aϲtum eſt. vbi ſimul monſtraui (z), *Febrem Secundam* paullo poſt ſecutam eſſe. & huius, quæ verboſior multo eſt, quam *Prima*, ſummam ibi dedi (a); probatumque iui (b), *vehementiſſimum* illum *in Romanos auriſugas Dialogum*, qui *Trias Romana*, ſiue *Vadiſcus*, inſcriptus ſit, cudi etiam ab Hutteno iam tum cœptum eſſe, quum *Moguntiam* redierit, in *Propugnaculo Steckelbergk* inſequenti anno perfeϲtum. Ex quo ipſo etiam *Propugnaculo*, ſæpius memo-

(y) in primis p. 103. (z) p. 212, ſequ.

(a) p. 214, ſequ. plures *Vtriusque Febris* editiones indicaui *Analeϲt. ad P. I*, pag. vlt.

(b) p. 236.

memorato hactenus cIↄIↄxix anno, *V Hutteni Orationes*, cum *reliquis ſcriptis*, quibus, *Propinqui ſui Ioannis Hutteni cædem* vindicaturus, in *Vlricum Wirtenberg. Ducem* acerrime inuectus eſt, *menſe Septembr.* coniunctim prodiiſſe, ſupra iam monitum te denuo volui, Lector (c).

Quæ protuli hactenus, ad *priorem Commentarii huius Partem* illuſtrandam pertinent: vtpote qua fortiſſimi Hutteni Fata, quibus

(c) p. 53, (l). *Phalariſmum Dialogum*, *ab anonymo in German. linguam conuerſum*, exſtare, in *Analectis ad P. I*, ead. pag. vlt. iam adnotaui. Quum in *Conr. Geſneri Bibliotheca* non adcurate verba ſint diſtincta, & in altera huius editione legatur, *prodiiſſe ſcripta iſta in arce Stekelberkan*, *1519*, *in 4*, *chartis 26.* in altera *Stekelberkã*, *1519 cel. Maittaire Annal. Typogr.* T. II, P. I, p. 332, ſcripſit, *excuſa eſſe ſcripta* in *Arce Stekelberkam:* qui eiusd. P. I, p. 147 in *Indice Vrbium ac Locorum*, *in quibus Ars typographica ab an. 1501, vsque ad an. 1519 exercebatur*, memorauit *Steckelderkam.* *Rarius* de reliquo hec *Hutteni inuectiua ſcripta inueniri hodie*, *T. IV Obſeruation. Selectar. ad Rem litter. ſpectant. Halæ edit.* obſeru. IX, oſtenditur. nec alia quidem coniunctim editorum nota mihi eſt editio, niſi indicata: neque aliam exſtare editionem, cenſeo. quamuis in *Bibliotheca Petauianæ & Manſartianæ*, ſuperiori anno *Hagæ Com.* diuenditæ, *Catal.* p. 399, n. 1272 inter *libros in 8 f.* ea referantur; excuſa tamen 1519.

quibus vſque ad annum cIↃ IↃ xıx vſus eſt, ſum perſecutus. Poſterioris Partis initio de *Dialogis III*, qui *Fortuna*, *Trias Romana*, *ſ. Vadiſcus*, *Inſpicientes*, inſcribuntur, copioſe ſatis egi; oſtendens, eos in *Arce Steckelberga*, quo exeunte anno *Moguntia*, ex *Alberti*, *Mæcenatis ſui ſummi*, *Aula*, contulerit ſe auctor, eſſe confectos (d). Alter iſte *Dialogus*, *Trias Romana*, *ſ. Vadiſcus*, integer *T. II Paſquillorum* (e) eſt inſertus (f): quem *Trias Ro-*

(d) coniunctim, vna cum *Vtraque Febre*, *Moguntiæ*, *ex officina libraria Ioannis Scheffer*, *anno cIↃ IↃ xx*, *menſe Aprili*, 4, ac alibi, & loco, & tempore editionis, celato. *eos prodiiſſe*, P. II, p. 27 (h), & in adiecto P. II *Hutten. Scriptor. Elencho*. oſtendi. eodem ordine, eademque forma, inſequenti anno, *Louanii V Dialogos* iſtos editos eſſe, *Bibliothecæ Petauianæ & Manſartianæ Catalogus*, modo memoratus, p. 307, n. 1919, indicat. *Louanii* editos eſſe Dialogos, ambigere quis omnino poſſet. præſertim quum biennio ante *Febris prior Louanio* iam proſcripta ſit, propterea quod ἡμιθέες quosdam nominatim attingere videbatur. vid. P. I, p. 212, (x). quales ἡμιθέες *Vadiſcus*, & *Inſpicientes* liberius multo perſtringunt. Id quod vel vberiora iſta excerpta, quæ ex vtroque Dialogo, P. II, p. 12,--27, dedi, ſatis declarabunt.

(e) de quibus vid. ſupra p. 45, (ff).

(f) p. 192--270.

mana Germanice, qua *Hutteni Dialogus* in epitomen quaſi redacta eſt (ff), ibi ſequitur. initium eius hoc eſt:

Drey ding halten Rom in vvirden, Heyltum, Pabſt *vnd* Ablaſs.

Drey ding ſein kœſtlich gehalten zu Rom, Frawen, Roſs *vnd* Brieffe.

Drey dinng ſeinnd vvolſeil zu Rom, Feber, Peſtilentz *vnd* arm Leüt.

finis autem eſt:

Drey habenn diſs geſchribenn, Ernſt, Not *vnd* Warheit.

Drey nutz gibt diſs büchlein, Erfarung, Lere, *vnd* Warnung.

Drey ſœllen behüten einen jeden vor Rom, Lernung des übels, Vorletzung der gewiſſen, *vnd* Vahung bœſer Exempel.

Quando *celeb. Herm. Conringius* teſtatus eſt (g), *Vlricum Huttenum vere ſcripſiſſe, Saxoniam, moribus antiquis viuentem, Bartolum, Baldum ac Iuſtiniani Pandectas adhuc tum ignoraſſe*; locum fortaſſe in *Dialogo* iſto, qui *Inſpi-*

(ff) octo paginis conſtans. De *duplici* ipſius *Vadiſci*, ſ. *Triadis Rom. Verſione German.* actum a me eſt P. II, p. 150, ſeqq. & p. 158, not.

(g) de *Origine Iuris Germanici*, Lib. cap. XXXII, p. m. 202.

Inſpicientes inſcribitur, intellexit: vbi Sol *Saxones* multas ob cauſſas laudare fingitur, qui ſoli adhuc Germanorum *Medicos* tum ignorarint, perraro alioquin ægrotantes; qui *Iureconſultos* magno contemptu adhuc exſibilarint (h).

Sæpius iam commemoratus ſupra a me auctor, qui *Hutteni* noſtri *Vitam* in *Lexico Hiſtorico vniuerſali* proxime commentatus eſt, annorum, quibus hic ſcripta ſua foras dedit, ſeriem non ita adcurate ſemper ſecutus, ſtatuit quidem, hunc, poſtquam, bello a Sueuici Fœderis ſociis contra Vlricum Wirtenb. D. compoſito, *Moguntiam* redierit, *in Italiam tum abiiſſe* (i). ego vero, de eiusmodi peregrinatione nusquam in Hutteni ſcriptis legere me quicquam, memini. quæ ſi inita omnino

(h) vid. P. II, p. 21.

(i) idem auctor adfirmauit etiam, *Huttenum* antea, *an.* cIↃIↃxvIII, *in Hiſpaniam profectum eſſe, in Caroli Regis comitatu.* de qua peregrinatione nulla a me iniecta eſt ſuo loco mentio, propterea quod nihil certi de ea habui: tantum P. I, p. 123 confirmaui, *Huttenum parumper in Gallia tum verſatum eſſe:* quum enim *Februario* iam anni iſtius *menſe* redux inde factus eſſet, qui prioris anni *menſe Decembri* in *Germania* adhuc fuerit; conſequens erat, vt non integros tres abfuerit menſes.

eſt, quarta fuit, quam noſter in *Italiam* ſuſcepit. Id tantum ego ex huius monimentis cognitum habeo, quod hactenus recenſui: *Moguntia* eum anno cIɔ Iɔ XIX in *Arcem ſuam Steckelbergam* conceſſiſſe, ex qua *menſe Septembri* varia iſta *Invectiua in Vlricum D. Scripta* prodierint: quibus excudendis quin ipſe auctor præfuerit, nihil ferme eſt, quod dubitem. In eadem *Arce* nominatos modo *Dialogos* perfectos ab eo eſſe, non minus exploratum habeo. quandoquidem, vt P. II (k) expoſui, *Dialogus Fortunæ Calendis Ianuariis anno cIɔ Iɔ XX Chunrado, Wirciburgenſi Epiſcopo, ex ſpecula Huttenica Steckelbergk* ab auctore eſt inſcriptus.

In Italiam videlicet *abiiſſe Huttenum*, auctor iſte ſtatuit, tum, quum *in Fuldenſi Bibliotheca Libellus manu ſcriptus de Vnitate Eccleſiæ conſeruanda, & Schiſmate, quod fuit inter Henricum IIII Imp. & Gregorium VII Pont. Max. cuiusdam eius temporis Theologi, ab eo ſit inuentus* (l). Equidem, quin ex *Arce Steckel-*

(k) p. 2, (a).

(l) qui, vt P. II, p. 28, indicaui, *circiter menſem Octobrem anni cIɔ Iɔ XIX Fuldæ repertus, menſe Martio anni ſequentis, Moguntiæ, in ædibus Ioannis Scheffer,*

Steckelberga Fuldam excurrerit tantum noſter, mox eo reuerſus, non dubito. quandoquidem, vt ſupra monui (ll), Arx hæc duobus modo milliaribus *Fulda* ſita eſt. *Plinium, Quintilianum, Solinum*, & *Marcellum Medicum*, tum etiam ibi inuenit: quos blattis & cariei eripuit (m).

A quo tempore Huttenus *beatum Lutherum in communionem vindicandæ veritatis libertatisque adiungere denique veritus non ſit*, & *quam variis modis vita eius ab infenſiſſimis vtriuſque hoſtibus ſit petita, quantisque hæc periculis per triennium amplius iactata porro ſit*, re-

 tractare

Scheffer, *typis exſcriptus*, & *Ferdinando*, *Auſtriæ Archiduci*, verboſa iuxta atque graui epiſtola, quam integram ibi protuli, *dedicatus*, prodiit. Illis, qui de Libelli huius auctore inquiſiuerunt, & qui ſæpius eum poſthac ediderunt denuo, ead. pag. n. (i) a me nominatis, additum nunc volo *Io. Chriſtianum Neu:* vtpote qui de vtrisque agit *Sect. IX Mantiſſæ ſuæ ad Degorei VVheari Relectiones Hiemales*, *qua Rerum Germanicarum Scriptores præcipui recenſentur*, p. 113, ſequ.

(ll) p. 10 (r).

(m) vid. *epiſtola Hutteni*, quam *Epiſtolis iſtis*, *de Schiſmate exſtinguendo*, & *vera Eccleſiaſtica Libertate adſerenda*, ex tenebris itidem ab ſe erutis paullo poſt, præfixit, P. II, p. 55. ibi enim integra quoque elegantiſſima hæc *epiſtola* eſt inſerta, *omnibus in Germania liberis inſcripta*.

tractare animus non eſt. De quibus quoniam P. II ſatis multa dixiſſe, mihi videor, illinc cognoſcere poteris, optime Lector, ſi ſcire talia cupies. Tantum de *vno alterove Hutteniani ingenii monimento*, certiora nunc edoctus, communicare quædam tecum conſtitui. quæ quidem non ingrata prorſus tibi futura eſſe, eo maiorem ſpem concipio, quo rarius ipſa iſta monimenta inueniri hodie, cognitum habeo atque perſpectum.

Quænam *omnium prima*, *quam Huttenus ad b. Lutherum ſcripſerit*, videatur mihi *Epiſtola*, P. II (n), indicaui, vbi memorare haud intermiſi, quoties illa ſit recuſa (o). *Clariſſimi M. Sam. Cnauthii* beneuolentiæ, quam magni omnino facio, *Hutteni ad Carolum Imperatorem*, *aduerſus intentatam ſibi a Romaniſtis vim & iniuriam Conqueſtionis* (p), & eorum, quæ ei acceſſerunt

(n) p. 59: integra ea inſerta eſt p. 63, ſequ.

(o) p. 66, (x): *Germanice verſa*, mutila tamen, non ſolum *T. I Lutheri Op. Altenburg.* citata ibi pagina, occurrit, ſed etiam *T. IX Op. German. VVitteberg.* p. 132, b.

(p) integram hanc *Hutteni Conqueſtionem Caſp. Lerch a Dürnſtein Libro* ſuo inſeruit, quo patrio ſermone perſe-

ferunt (q), exemplum acceptum refero,
M 4 quod

perſecutus eſt *S. Rom. Imperii Nobilitatis Cæſareæ immediatæ Antiquitatem, Dignitatem, Libertatem & Iura*, inſignitam: *Vdalrici von Hutten memorabilis, diſerta & animoſa Epiſtola, ad Carolum Imperatorum Quintum, vnter furgehabter Freyheits Defenſion gegen beſorgte verhafftung*; in II *Grundtſatz* n. 150. cui hanc præmiſit præfationem: *Bey ſolchem Verlauff vnd Einbildung hat vnter andern der berühmte Eques Imperii Germanus & Francus*, Vdalricus de Hutten, *aus vermeinter eigener vorgehabter Teutſcher Freyheits-Defenſion vnterſtanden, ſich ſeiner Zeit in Streit zu legen, vnd etliche Romaniſche Handlungen, vnterm Religions-Verſtand, mit vielen Schrifften anzufechten. Zwar deſto eifferiger, weil Pabſt* Leo *ihne* von Hutten *zur Straff derentwegen gefænglich nacher Rom vom Kaiſer zu lieffern begehret hatte, welches gegen Reichs Teutſche Freyheit zu ſeyn, der Ræmiſchen Kaiſerlichen Majeſtæt* Carolo Quinto, *allerſeeligſten Andenckens, vnd andern Stænden, in zierlichſter Lateiniſcher Zungen, er hoch geklagt hat, wie aus der* Epiſtola *intitulirt* Huttenica ad Carolum, *hernach folgend zu leſen iſt: anders aber ſeine gegen die Catholiſche Religion geführte eifferige Schrifften, als zu vnſerm intent (welches allein diſs Orths Reichs Adelicher ritterlicher Perſohnen, eigener Gemüther Dapfferkeit, wider hæhere Gewalts Rettung, vnd dero Freyheits Erhalt- vnd Verthadigung vorzuſtellen, gericht iſt) nicht gehærig, auf ſich ſelbſten diſs Orths bewenden lasſendt. Zwar mit diſem Beſchluſs, da Wohl Edel beſagter* von Hutten,

quod *Huttenus Martino Luthero* dono miſit: id quod *ipſius* teſtatur *manus*.

Poſtea-

Hutten, *in Vnſere dieſe zerrüttende Freyheits Zeiten, (da der Reichs Adel von hohen vnd niedern, geiſtlich vnd weltlichen Teutſchen Standen ſelbſt geſchwæchet, vnd ruſticis & popularibus bald gleich gemacht wird, wieder kommen, vnd das Ohnweſen erkennen ſollte, der Romaniſchen Verfahrungen bald vergeſſen, hingegen der innlændiſchen Teutſchen Reichs Adelichen Freyheits auſmærgel- vnd ſchnædeſten Newerungen ſich überwundern, wo nicht ſeinen ſchrifft- vnd mündlichen Defenſions - Eiffer vorſtellen würde vnd müſte.* Egregium de reliquo, in *celeb. B. G. Struuii Bibliotheca Hiſtorica*, eiusque cap. XVII, § XIII, *atque commendatiſſimum* prædicatur hoc *Lerchii Scriptum*, *quo iura & prærogatiua Nobilium Germaniæ multa induſtria illuſtrentur. Moguntiæ* anno 1625 f. editum, rarum admodum prius fuit, quam *Io. Steph. Burgermeiſter* illud *Bibliothecæ Equeſtri*, an. 1720 *Vlmæ* editæ, adiecit, in qua primum obtinet locum. de ipſo auctore vid. *Lexicon Hiſtor. vniuerſ.*

(q) acceſſerunt nempe, *alia ad Principes, ac Viros Germaniæ, de eadem re Conqueſtio*, itemque *ad Albertum Brandenb. & Fridericum Saxonum Ducem, Principes Electores, aliaque ad alios Epiſtolæ:* quas integras P. II, p. 67 -- 20 protuli. præter duplicem harum editionem, p. 67, (y), & in Elencho, X, 2 (d), a me indicatam, aliam poſthac videre contigit, quæ in 8 f. excuſa eſt: ſed neque huic annus locusve, quo prodiit, erat adſcriptus. Ipſæ hæ

Poſteaquam igitur *Huttenus Luthero* palam ſuffragari cœperat, *Helius Eobanus Heſſus* ad eum, *vt Chriſtianæ Veritatis cauſſam, & Lutheri iniuriam, armis contra Romaniſtas proſequeretur*, *Exhortatorium* ſcripſit (r). ad quod *Huttenus pro eadem re Reſponſorium* non multo poſt remiſit. Vtrumque *Elegiaco carmine* confectum coniunctim editum eſt (s). Quum ipſum hoc *Hutteni Reſponſorium* inter rariſſima ingenii eius monimenta a me referatur; quod

M 5 *pl. re-*

hæ *Conqueſtiones* in *Ephemeridib. Vnſchuldige Nachrichten* inſcr. *an.* 1716, p. 220, 221, vna cum *Bulla Leonis*, cui *Hutteni notæ* acceſſerunt, de qua P. II, p. 140 ſeqq. egi, inter *deperdita ferme monimenta* referuntur; hoc adiecto iudicio: *Man muſs ſich gewieſſ über die Teutſche freudige Art dieſes Edelmanns verwundern.* antea ſic ibi laudatur: *der gelehrte Edelmann Huttenus iſt in der Reformations Hiſtorie bekannt genug.*

(r) in *Operibus* eius, *Francofurti* an. 1564, 8, ed. p. 862, inſcribitur tantum; *Ad Hulderichum Huttenum, Equitem ac Poetam, vt Lutheri cauſſam adſerat, Elegia.*

(s) in 4, VI complectens folia, ſine loco & tempore: quin *Hutteni* ſaltem *Reſponſorium* an. cIↃ IↃ xx vergente prodierit, non dubito. quo ipſo anno & *Heſſi Exhortatorium* ſcriptum eſſe, adfirmare non vereor. ipſi Libelli inſcriptioni hæc ſubiecta ſunt verba: *Lege, placebunt.*

pl. reuerendus Olearius, quæ prolixa eius commodandi aliis voluntas eſt, beneuole mecum communicauit, antea a me non viſum (ſ): cum aliis communicandum illud hic cenſui. quod vt eo facilius intelligi queat, integrum *Heſſi Exhortatorium*, idque quam elegantiſſimum, præmittendum illi, iudico.

Adſere nunc, fortiſſime Eques, doctiſſime Vates,
Qua debes dextra vindice, quaque potes:
Adſere germanum, *Iuuenis Germane*, Lutherum,
Te duce libertas noſtra tuenda fuit:
Libertas, ſtrigibus quæ nunc oppreſſa Papiſtis,
Heu nimium longo ſeruit in exſilio!

Hanc,

(ſ) exſtare illud, didici primum ex *clar. Ioach. Frider. Felleri Monimentor. ineditor. Trimeſtri XI*, p. 474. vid. P. II, p. 267, (i). didici id etiam deinceps ex ipſius *Heſſi ad Io. Langum epiſtola*, lib. III *Ep. famil. Marpurgi* in fol. *ed.* p. 70. vbi inter alia ſcribit *Heſſus: Mitto* Reſponſorium Hutteni *ad noſtram Elegiam additum, vt legas & remittas: nam &* Ionas *videre cupit.* quod *Hutteni Operibus Poeticis in vnum collectis*, illud non adiectum ſit, eſt omnino, quod mirer: tam dignum certe fuiſſet, quam quod maxime.

Hanc, tu adeo toti per ſcripta volumina mundo
Queſtus eras, aliquo non renuente, premi.
Queſtus eras, memini; ſuperi audiuere querentem,
Nulla ſed in terris auris aperta fuit.
Audierant ſuperi: ſuperos audiſſe, putato;
Quaque iubent illi, nitere, perge, rue.
En tibi laurentem nectit Victoria palmam:
Proxima de ſuperis hæc Dea viſa mihi eſt.
Arma manu capienda, quibus cadat hoſtis inaudax:
Præſidii in libris carminibusque nihil.
Arma manu cape, noſter Eques fortiſſime, nec te
Auxiliis vacuum poſſe manere, puta.
Qua ſe cunque aliquo pandit Germania tractu,
Accedent ſignis millia multa tuis.
Ipſe etiam inuictis aderit Franciſcus *in armis;*
Per quem Sigginga *eſt nobilitata* Domus.
Hic nulli veterum dextra victrice ſecundus,
Præcipue hunc titulum laudis habere volet.
Vos duo *vaticinor* Romanæ fulmina peſti:
Fallere, Chriſte, veta; quem facis iſta loqui.
Sed te præcipue ſpes noſtræ, Huttene, *morantur;*
Pars quia tu noſtri maxima nuper eras.
Scimus enim, rudibus dum te metimur ab annis,
Illa animi quam ſit vis generoſa tui.

Quam

Quam fortis tolerare potens vtriuſque laborem,
Siue parens veniat, ſiue nouerca tibi.
Quamque etiam caſus venias expertus in omnes,
Quam manus ingenium nobile prompta ſequi.
Eia age, noſter Eques, tam dotibus aucte benignis!
Talem te populis fac precor eſſe fidem.
Nec tibi cum forti nimium res hoſte futura eſt,
Vincere qui tales audeat, ille poteſt.
Tu potes ingentes Heroas in arma ciere,
Quæ poſſint ipſos arma mouere Deos.
Ah pereant, quos bella iuuant quæcunque, nec vllum
Delectum armorum militiæque tenent!
Hæc ſunt iuſta, quibus faueat Germania bellis,
Quorum eſt, quæ periit, maxima cauſſa fides.
Hos Turcas, i, vince prius, Germane, quibus te
Iam ſeruire diu turpiter, anne pudet?
Deinde alios Turcas quæres, quos vincere poſſis,
Quosque labor fuerit vincere forte minor.
Sed tamen imbelles facile eſt ſuperare Cinædos:
Nil dederis, victi iam tibi terga dabunt.
Namque tuo quoties auro tibi damna tulerunt,
Tu damni neruos, in tua membra, dabas.
Sed nec opus veterem fuit hic renouare querelam,
Tecum cœpta fuit fabula, noſter Eques.
Germanum nomen, libertatemque iacentem
Erige: ad hoc facinus te tua fata vocant.

Addet

Addet imaginibus multum, res iſta tuorum
Luminis, & veſtrum nomen ad aſtra feret.
Quamuis nunc etiam clarum decus Huttenorum,
Te duce iam terris arduiora colat.
Hoc tamen obſtantes inſtructior ibis in hoſtes:
Materiam nomen ſæpe timoris habet.
Sic ferus Auſonias fama quatit Hannibal *vrbes,*
Sic Troiæ fueras quantus Achille *timor?*
Sic ad Alexandri *timuerunt nomina gentes,*
Nomine ſic etiam Scipio *fortis erat.*
Te quoque, ne dubita, iam nunc timet iſta malorum
Colluuies: duplex cauſſa timoris erat.
Martia pugnantes animabant arma Camœnæ:
Nec minus hac illa parte timendus eras.
Adſpicis & quanto tibi nunc adplaudat honore,
Vt pingat vultus patria noſtra tuos (ſſ).
Fortibus Huttenus ſtat conſpiciendus in armis;
Eſt etiam vultu picta tabella minax.
Aude igitur, generoſe animi quem ſpreueris hoſtem,
Vincere, nec differ longius illud opus.

Muneris

(ſſ) in priore iſta editione hic verſus ita legitur:
Adſpicis, vt magno tibi nunc adplaudat honore,
Quum *pingit* vultus patria grata tuos.

Muneris hoc, mihi crede, tui eſt, nec dignius vllum
Te fuit, hoc debes velle, probare, ſequi.
Grande rudimentum iam dudum, Huttene, *dediſti*,
Nec leue pro fratris vulnere *fulmen eras* (ſt).
Horum quid patimur regnum crudele tot annos?
Romula Germanos quid vorat aula lares?
Atque vtinam non ad viuum deglubere pergant,
Quas placide Chriſtus paſcere iuſſit oues.
Nempe doleremus multo minus, iſtaque, quæ nunc
Vulnera magna necant, parua ferenda forent.
Nunc non detondent tantum, ſed corpore toto
Quidquid ineſt viui ſanguinis omne trahunt.
Quare age, tot pudeat tales toleraſſe per annos,
Extremus pudor eſt qualibus eſſe pares.
Adſere ſuppreſſum patriæ virtutis honorem:
Quas dare ſpes audes, fac, precor, eſſe ratas.

Hoc

(ſt) in eadem iſta priore editione hic interponitur verſus:

Scit ſatis illa tibi cognominis *icta* tyrannis,
Scis patriæ reges pellere? pelle Italos.
Quorum quid - -

cuius *fratris vulnus* intelligatur, & quænam *cognominis tyrannis* icta ſit ab Hutteno, ex ſuperioribus liquet. *cædes Io. Hutteni*, ab *Vlrico VVirtenberg. D. commiſſa*, intelligitur: qui ipſe *Vlricus Dux cognominis* illa *tyrannis* eſt.

Hoc tuus ille animi vigor, & genitiua requirunt,
Nobilitas, virtus, gloria, fama, fides.
Meque fer hac, alacri ceu claſſica voce, canentem,
Qua ſola potui parte venire tibi.
Atque vtinam liceat, quoniam libet, eſſe in eisdem
Partibus, in quas te noſtra Camœna vocat.
Non timeam forti gladios vibrare lacerto,
Non agili clypeum ſuſtinuiſſe manu.
Crimine ſint alii ſolaque libidine fortes,
Pierides Reges inter & arma volant.
Atque ita pro ſola Chriſti pietate tuenda,
Omnibus in Chriſto fortibus eſſe licet.
Viue, decus gentisque tuæ, fideique labantis
Spes noua, *& hac, oro, conſule ſcripta boni.*

Vlr. Hutteni ad præcedens *Helii Eobani Heſſi* Carmen Reſponſorium.

Edita ſollicito per te Exhortatio *verſu*
Si ſciſſes, qui ſim, nulla futura fuit.
Grata eſt iſta tamen, Vatum pulcherrime, grata eſt,
Quæ te pro patria ſollicitudo tenet.
Nam video, nec adhuc omnes ſeruire paratos;
Nec penitus monitis me peperiſſe nihil.
Quod Superi faxint, &, cui mea cura laborat.
Chriſtus, vt hoc omnes adſiliant animo.

Tunc ego, tentaui qui hortantibus omnia verbis,
Nil intentatum reque manuque ſinam.
Et quem tu ſperas, facere hoc fauſto omine bellum
Poſſe ducem, ſi non hoc ero, miles ero.
Sed video, ſocias trepidanti pectore vires
Impete, quam deceat, languidiore ſequi.
Omnia conabor tamen, & quo me ſemel egi,
Perſiſtam; cœptis immoriarque meis.
Nec, de quo abſcedunt coniurata agmina paſſim,
Quem multi (t) *caſſa deſeruere fide.*
Deſeram opem patriæ, & pro libertate ruendo,
Publica tutabor ſanguine iura meo.
Quod potuere, leues tenus hac fecere Libelli.
Nec patriæ noſtrum defuit ingenium.
Nunc opus eſt, capere arma, manu ruere obice bello.
En capio, nulla cœpta trabente mora.
Nec ſuſcepta ſemel facta, vt ceſſantia, mitto:
Et, ſi fama fuit mittere, falſa fuit.
Iniice, liuor edax, rumorem infenſe ſiniſtrum:
Egrediar conſtans per mea fata tamen.
Nec feret vlla dies, quod tu mentire futurum,
Qui ſemel exarſit, pertepuiſſe animum.

Aut

(t) id conqueſtus eſt eodem tempore, ad *b. Lutherum* ſcribens: *Ita eſt lubrica hominum fides. dum noua auxilia contraho, deſciſcunt vetera, multa quisque metuit, multa cauſſatur.* vid. P. II, p. 127.

Aut mihi libertas viuo reparabitur armis:
Aut hoc erit ſaltem, liber vt emoriar.
Terret, & infeſto Decimus Leo *contrait auſu:*
Intentantque malum tot mihi Pontifices.
Terreat, intentent, ego, qua via certus eundi,
Egrediar, vanos deſpiciamque metus.
Nec cadet inſontis de ſanguine gutta Lutheri,
Quæ, ſi adſim, non ſit ſanguine mixta meo.
Quod poſſum, in commune feram, ſociumque iuvabo.
Vt prius ingenio, nunc peragente manu.
Nec leuius moueor modo, quam patruelis adempti
Vltricem peteret quum ſibi ſanguis *opem.*
Hoſtis hic haud nimium fortis. ſit fortior, ibo
Pro patria, dubias experiarque vices.
Vt nequeam ſuperare, tamen contendere quibo.
Non audere vetat, qui ſuperare vetat.
Hac quoque, ſi qua bona eſt belli cauſſa, optima tandem eſt:
Et ſub qua fortis nemo perire neget.
Vt non ſit bona ſors; ego dextrum numen adoro.
Nam cauſſam hanc Chriſti quis negat eſſe fidem?
Neſcio, quo me fata vocent. quocunque vocabunt,
Conatu certum eſt non trepidante ſequi.

Deſinite exſilium dubiis obtendere cœptis:
Non tanti eſt, ſerua viuere cum patria.
At mors qualis erit, quæ me, quod vita negabat,
Eripietque malis, reſtituetque mihi.
Quamquam animus meliora mihi præſagit eunti.
Quæ ſe cunque dabunt, ſpe præeunte ſequar.
Quis ſcit, an hunc fruſtra Chriſtus velit eſſe laborem,
Et diuerſa vetent vincere fata duos?
Lex diuina comes, quocunque euadimus, ibit.
Hoc tandem licitum eſt fidere præſidio.
Forſitan & ſociis aderit Franciſcus *in armis,*
Inuictaque ruens conferet arma manu:
Aut rebus totum hic Ordo ſe immittet Equeſter:
Et referent, qui me deſeruere, pedem.
Quicquid erit, Romam videor ſpectare ruentem,
Regnaque deiectum perdere Pontificem:
Reſtituique loco Chriſtum, & ſua iuſſa ſequentes,
Veraque ſecure verba licere loqui.
Hoc omen: ſpes hæc. Quid ſi quoque ſidera voluunt
Infauſtos Romæ Pontificique dies?
Certe adeo voluunt: venitque optabile tempus,
Quo liceat fœdo demere colla iugo.
Venit, & vrgendum eſt fatum. Capite arma ſodales!
Hic dabitur vitam fundere pro patria.

Integer

Integer hinc Aleander (tt) *abit: dubium hoc tamen illi;*
Qui ſemel effugit, ſemper vt effugiat:
Quem licet eripiat Cæſar mihi: ſtamina ducunt
In ſubitos Parcæ peruarianda dies.
Forſitan hunc melior dilapſum hinc hora reuoluet.
Nec ſua non itidem fata Marinus (u) *habet.*
Quod potui, facere inſidias, ſeruare receſſus,
Complectique omnes obſidione vias:
Ceſſatum nihil eſt: at Cæſaris agmine tuti
Euadunt: credas, ſic voluiſſe Deum.
Namque meus labor eſt tantum, tua, Chriſte, voluntas:
Iuxta cuius ego vota miniſter ago.
Siue voles, Thuſcum *admoliri vincla* Leonem
His manibus, fruſtra liber abire paro.
Siue meo Latios deuinci Marte Cinædos:
Dent quamcunque fugam; nulla ſalubris erit.
Sed tu noſtra fauens cœpta vt melioribus armis,
Chriſte, iuua; dedimus legibus illa tuis.
Nec me cauſſa mouet, liceat te teſte fateri,
Vlla, niſi patitur quod tua triſte fides.
En igitur fideique tuæ, votisque tuorum
Dexter ades, videant, te quoque poſſe, mali:

N 2 *Ec*

(tt) vid. P. II, p. 130, not. 131. 189, ſequ.
(u) *Marinus Caracciolus.* vid. ead. P. II, p. 130, not. 190, ſequ.

Et curam eſſe tibi, quæ nos tueatur ab illis:
Quæque, iocum leges, non ſinat, eſſe tuas.
Hoc diſcant ſperare boni; quorum arma ferentum
Millia multa vides, quæ tua ſigna petunt.
Signa petunt. promptæ vires, animique parati,
Pro te proque tuo nomine cuncta pati.
Annue procinctis. adſit tua ſola voluntas:
Inuenies, qui, te regna tenere, velint.
Qui tua degeneres nolint calcare Quirites
Iuſſa, quod heu nimium iam potuere diu.
Scilicet ardenti ſequimur tua caſtra tumultu:
Nec iam aliquid, niſi te bella iubere, deeſt.
Bella iube; populisque præi, qui te auſpice pugnent:
Quid tua contrectat ſacra profana manus?
Suſtinet impuros Eccleſia caſta tyrannos,
(Proh dolor!) atque aliquid perdidit illa ſui.
Vim patitur. fer opem. Nam quot patieris in annos,
Pareat immundis vt tua ſponſa procis?
Claſſica monſtratum vates canit Heſſus *in hoſtem.*
Iamque aliquos pugnæ fecit amore truces.
Inſtinctu canit ille tuo: tu ſigna canenti
Da ſaltem: fruſtra, ni dabis, ille canet.
Tu tamen audaces populos hortare canendo
Heſſe, *nec a cœpta dimoueare via.*

Sunt,

Sunt, quibus hoc opus eſt. nos arma iniuſſa tenemus:
Et noſtra ad ſociam ſponte venimus opem.
Clama alios; mea prompta manus: qui iam irruit hoſti
Cominus, Huttenum *buccina nulla vocet*
Iam vulnus mea dextra dedit; rupitque quietem:
Senſit, & ad motum eſt pallida Roma nouum.
Nec iam decipulas, *velut ante, immittere* Bullas
Audet, & in noſtras tendere diuitias:
Et, quaſi Vindelicas Germania clauſerit Alpes,
Mittere legatos deſiit illa ſuos.
Deſiit obtento verum ſubducere fuco:
Venalem nec iam ponit, vt ante, Deum.
Ipſi etiam ſeu vincla timent mea Curtiſani,
Siue aliud, multos iam latuere dies:
Et veriti turbare bonos, intendere lites,
Graſſari, & Romæ prædam agitare ſuæ:
Conſtituere modum ſibi, iamque dedere quietem
Vexatæ miris ante modis patriæ.
Sed non hoc ſatis eſt, iuuat a radice nefandum
Exſtirpare, Deo cœpta iuuante, genus.
Id quod conatus, ſi fors implere vetabor,
Hoc fueritque meis viribus impar onus:
Grata tamen veniat patriæ mea fida voluntas.
Velle bene & tandem ſit meruiſſe bene.

Certe hoc, quod potero, faciam, & niſi fata morantur,
Quas auſus dare ſum ſpes, faciam eſſe ratas.
Atq; ita perrumpam. Perrumpam, aut ipſe peribo:
Hæc poſtquam ſemel eſt alea iacta *mibi.*

Acriora eiusmodi *ſtomachique plena Carmina*, quum *Martia* videri quodammodo poterant *claſſica*, *optimum Lutherum* non admodum probaſſe, vel hæc ipſius verba ſatis confirmant (*): *Quid* Huttenus *petat*, Spalatine, *vides. Nollem vi & cæde pro Euangelio certari: ita ſcripſi ad hominem.* Verbo *victus eſt mundus*, verbo *ſeruata eſt eccleſia: etiam* verbo *reparabitur: ſed & Antichriſtus, vt* ſine manu *cœpit, ita* ſine manu *conteretur* per verbum. At *Huttenus*, qui inſignis ipſius candor fuit, ad *Lutherum* ſcribens (**), vltro confeſſus eſt: *Ego ſtrenue conabor interim, ſed in eo differunt vtriusque conſilia, quod mea* humana *ſunt, tu, perfectior iam, totus ex* diuinis *dependes.* Circa idem tempus, quo *elegans* ceteroquin iſtud *Hutteni Carmen* publicatum eſt, lucem adſpexiſſe coniicio Scriptum, quod inſignitum eſt: *Anzœig wie allwegen*

(*) quæ leguntur in epiſtola ad *G. Spalatinum* T. I, Ep. p. 332, b. conf. P. II, p. 235.
(**) vid. P. II, p. 211.

allwegen ſich die Rœmiſchen Biſchœff, oder Bæbſt, gegen den Teutſchen Kayſſeren gehalten haben &c. (v). Quæ ſcripta *grauiſſimum* hoc *Indicium* ſecuta ſint, P. II (x) copioſe ſatis explicauiſſe me, arbitror. Inter hæc *III* iſtæ *Inuectiuæ ſunt* & *IV Epiſtolæ in b. Lutheri cauſſa* editæ (y). Quantopere optimi
N 4 huius

(v) egi de eo P. II, p. 134. varias illius editiones ead. pag. not. (q) memoraui; indicans, *Libellum* hunc *in Latinum ſermonem conuerſum* reperiri in *Io. Wolfii Lection. Memorabil.* T. II. Talis reperitur quoque in fine *Leonh. Hutteri Actionis in Iacobum Gretſerum, de Imperatorum, Regum, ac Principum Chriſtianorum in Sedem Apoſtatico-Romanam Munificentia, pro Nicolao de Clemangis, Doct. Pariſ. & Theologis Lutheran. VVitteb.* an. 1613, 4, ed. inſcriptus ibi Libellus eſt: *Indicium, quomodo ſinoquoque tempore Pontifices Romani erga Germanicos Imperatores ſeſe geſſerint, per* D. Vlr. ab Hutten *ex Hiſtoriis & Chronicis excerptum, Cæſ. Maieſtati exhibendum.*

(x) 139, ſeqq.

(y) quæ octo conſtant plagulis; & de quibus vberius egi P. II, p. 188, ſeqq. *Tertia Inuectiua*, quæ inſcribitur; *Vlr. ab Hutten, Eques, Cardinalibus, Abbatibus, Epiſcopis, Præpoſitis, & vniuerſo Sacerdotum Concilio*, Lutherum & Veritatis ac Libertatis cauſſam *apud* Wormatiam *nunc impugnantibus, Reſipiſcere;* vt p. 192 P. II (g) oſtendi, integra fere legitur T. II *Oper. Lutheri Lat. VVitteb.* Integram eamdem hanc Inuectiuam *Leonh. Hutterus memora-*
ta

huius Viri cauſſa voluerit atque optarit *Huttenus*, & hac *ad Georgium Spalatinum* ſcripta paullo ante, quam Inuectiuas & Epiſtolas iſtas edidit, declarauit *Epiſtola* (z). *Vlr. ab Hutten* Georgio Spalatino *Salutem. Etſi alioqui daturus eram ad te litteras: tamen nunc vel* Franciſci *nomine oportuit dare. Is iubet, te rogem ex ſe primum omnium, vt Principe tuo interceſſore vtaris apud Cæſarem in* Capnionis cauſſa, *quam ille nunc litteris agit* (a). *Scripſit enim Cæſari copioſe ea ſuper re*

ta modo Actioni ſuæ in I. Gretſerum p. 70 ſubiecit: *Quia*, præfatus eſt *Hutterus*, *tanto odio in* Lutherum *æſtuat egregia illa* Eſawitarum Societas, *vt vix ipſius nomen audire ſuſtineat; parcam vtique tenellis eorum auribus, ſed ita, vt Coronidis quaſi loco ſubiiciam neruoſam illam maximeque ſeriam Actionem* Vlrici ab Hutten, Equitis Germani, *qua* b. Lutheri *defenſionem contra Pontificis, & Curiæ Romanæ tyrannidem maſcule ſuſcepit; & Pontifices, Cardinales, Abbates, Epiſcopos, & vniuerſum Clerum Romanum viuis ſuis coloribus graphice depinxit.*

(z) quam tranſcripſi ex T. I *Altenburg. Scriptor. Lutheri*, p. 930. acceperat illam *Io. Chriſtſr. Sagittarius*, ipſius Hutteni manu exaratam, a *generoſiſſimo Viro Io. Diterico de Schœnberg*, ſic inſcriptam: *Georgio Spalatino*, *Presbytero*, *inuictiſſ. Saxonum Principis Friderici a Sacris*, *Amico integerr. ſuo.*

(a) & ex his verbis colligo quodammodo, *Capnionis cauſſam*

re Interprete. deinde, vt Lutherum *moneas, quo modis omnibus in omnes angulos ſibi proſpiciat: ſe enim certo ſcire, huiusmodi eſſe ei inſidias, quas euitare difficulter poſſit. Timet vero ob id magis, quod videtur ſibi* Lutherus *nimis eſſe ſecurus, & periculum contemnit. Etiam ipſe ea in re monui* (b). *Verum, quid in cauſſa eſt, mi* clariſſ. Spalatine, *quod non ſcribit* Lutherus, *vel verbo, ad me? Atque igitur, reſponde mihi, num acceperitis, tu & ille, apud Saxones Libellos meos cum litteris. Nam faſciculos duos eo miſi* (c). *In tanta rerum commotione cauſſam eſſe non putat* Lutherus, *cur ad me ſcribat? Tu etiam de omnibus, in primis de tuo Principe, quid ſperandum ſit, certiorem me fac. Scripſeram binis, aut ternis, ad te litteris, de explorando eius animo, quo futurus eſſet, ſi ad arma peruenerit* res Curtiſanica (d). *Si quid intellexiſti, & prodere audes, vni, & bona fide, confidenter ſcribe, ac vale. Ex* Ebernburgo *XVII Calend. Februar.*

N 5 *Fruſtra*

cauſſam tum nondum penitus fuiſſe compoſitam. conf. ſupra pag. 164, not.

(b) conf. P. II, p. 127 (n).

(c) vid. illa epiſtola, quam *Huttenus* ad *Lutherum* miſit anno priore vergente, P. II, p. 132 extr.

(d) conf. ead. epiſtola, pag. ead. P. II.

Fruſtra me indagauiſſe tum, quum Partem II edebam, faſſus ſum (e), *Hutteni Libellum*, inſignitum: *Lebendige Abcontrafactur des gantzen Pabſthumbs ſampt einer træſtlichen ermanung an die freyen ſtarcken Helden deutſcher Nation, daſs ſie doch einmahl das Vaterland von dieſem hælliſchen Hund gar erretten. Kurtzweilich vnd træſtlich zu leſen. Manes Hutteni.* Confirmare in præſenti queo, Libellum hunc & illum, quem ipſe *Huttenus* ediderit inſcriptum (f); *Clag vnd vormannung gegen den übermæſſigen vnchriſtlichen Gewalt des Babſts zu Rom, vnd der vngeiſtlichen geiſtlichen -- zuuoran dem Vatterland Teutſcher Nation zu nutz vnd gut, von wegen gemeiner beſchwernuſs vnd auch ſeiner eigen nottdurfft, in Reymensweyſs beſchrieben. Iacta eſt alea. Ich habs gewagt*; vnum ferme eſſe eumdemque (ff). quædam enim modo in illa Libelli editione, qua inſignitus eſt *Lebendige Abcontrafactur des Pabſthumbs*, & quæ poſt obitum ſine dubio auctoris prodiit,

(e) p. 217 (p).

(f) de quo fuſe egi P. II, p. 147, ſeqq.

(ff) qui in *Lexico Hiſtorico Vniuerſali Vitam Hutteni* expoſuit, *duo diuerſa ſcripta eſſe*, ſtatuit: quemadmodum & ego prius putaueram, quam ipſa ſcripta euoluere contigit.

prodiit, ſunt immutata. Ipſum ſtatim initium vnum eſt idemque, hac tamen id notatur inſuper, in poſteriore illa editione, inſcriptione: *Klag Red Hutteni an alle, hohe vnd nider, Stænde Teutſcher Nation:*

Ich wollt gern (dœrfft ich) füren Klag,
eim jedermann die worheit ſag,

LII interiectis verſibus, in eadem iſta poſteriore editione *Chriſtus* ita loquens inducitur:

Du biſt mir ein auſervvelten Vas,
Als auch der Apoſtel Paulus vvas:
Farhin, zeigs Herrn vnd Fürſten an;
Ich vvœll ſie all ermanet han,
Zu beſſern ihr leer vnnd leben:
darzu ihn mein gnad vvœll geben.

His interpoſitis verſibus, reſpondere finguntur *Hutteni Manes:*

Hierumb ich ſprich aus Gottes leer
Jhr Fürſten mercket nevve meer
Die Prieſter ſollten - - -

Ipſius *Hutteni* ſequuntur tunc *verſus*, ſiue *querelæ*. Recte quidem ſuſpicatus ſum tum, quum II Partem ederem (g), ipſum hunc Libellum, *Lebendige Abcontrafactur des gantzen Babſthums*, & illum, qui, *Auffvvecker*

(g) p. 218, not.

vvecker der Teutſchen Nation, an alle hohe vnd niedere Stænde des heyligen Reichs ſampt eygentlicher, vvahren Beſchreibung, vnd gleichſam natürlichen Contrafeyt des Ræmiſchen Bæbſtlichen Hoffvveſens, &c. inſcriptus prodiit (h), *eumdem*

(h) an. cIↄ Iↄ c xxxII. hoc anno cur editum denuo ſit *Hutteni* hoc *Scriptum*, cauſſa, in ipſo ſtatim titulo, hæc additur: *Weyland Von dem Vortrefflichen edlen Ritter, Oratorn Vnd Poeten,* Herrn Vlrich von Hutten, *Vnſerm geliebten Vatterlandt Teutſcher Nation, zur Auffmunterung in Truck Verfertiget. VVelcher* (Auffwecker) *Weil er zu ietzigen Zeiten ſich ſehr Wol ſchicket, Vnd der Vor dieſem ſeculo geWünſchte* Held, *Vnd* Erretter der Euangeliſchen Freyheit, *nunmehr Von Gott-Verordnete, obhanden iſt, der Teutſchen Nation billich Widerholet, Vnd offentlich an Tag gegeben Werden ſollen, zum glücklichen NeWen Jahr.* Quin per *Euangelicæ Libertatis Adſertorem*, qui hic laudatur, *Guſtauus Adolphus, Suecor. R.* indicetur, nemo forſitan dubitaverit. Eodem tempore lucem adſpexit *Vlrichs Von Hutten, des jüngern, zu VffneWW, Neue Ræmer-Zug, oder Diſcurs, ob die Kænigl. Majeſtæt zu SchWWeden, Vnd die Proteſtirenden Stænde ihre Victorien Wider den Pæbſtl. Stuhl proſequiren ſollen,* 4. Per *Huttenum iuniorem* ipſum *noſtrum Vlricum, rediuiuum* quaſi, intelligi, coniectu procliue cuique erit, præſertim, quum addatur, *zu VffneWW ſ. Aufnau:* in qua *Tigurini lacus inſula Vlricum ſepultum iacere*, conſtat. Eodem porro tempore edita etiam eſt *Franciſci a Sickingen Diſſertatio,Vtrum expe-*

eumdem eſſe. At ſcire etiam omnino iam tum potuiſſem, poſtremum hunc, *titulo fere tantum, a Querela* iſta ſ. *Clag vnd Vormanung gegen den übermäſſigen vnchriſtlichen Gevvalt des Bapſts, &c. differre.* verum in tanta Hutteniani ingenii monimentorum copia vtrumque Libellum conferre mihi tum haud vacabat.

Tam felici denique etiam ſuperiore anno mihi eſſe licuit, vt & illum *Libellum* impetrarim; quem inſigniuit auctor: *Enndtſchüldigung* Vlrichs von Hutten *vvyder etlicher vnvvarhafftiger ausſgeben von ym, als ſolt er vvider alle Geyſtlichkeit vnd Prieſterſchafft ſein: mit erklarung etlicher ſeiner geſchrifften* (i). quem quum vbique locorum diu fruſtra quæſiuerim, & ſemel tantum in illum inciderim, rariſſimum eum eſſe, cenſeo, coniiciens, ab Hutteni inimicis ſuppreſſum illum eſſe. Eo dignior mihi is videtur, qui ab obliuionis

expediat Proteſtantibus, pacem, vel vniuerſalem vel particularem, cum Romanenſibus inire? Et hoc *nomen fictum* eſſe, facillime itidem liquet. vid. *Chriſtiani Gryphii Adparatus ſ. Diſſertatio iſagog. de Scriptorib. Hiſtoriam Sæc. XVII illuſtrantib.* p. 122.

(i) ſine tempore ac loco, quo typis eſt exſcriptus; in 4, XIV comprehenditur foliis.

nis atque inimicorum vindicetur hic a me iniuria. Palam quidem arguebant hi noſtrum, *eum, in odium Cleri, non modo procerum & nobilium, verum etiam ciuium & ruſticorum, animos accendiſſe* (k). Cuiusmodi conuicia ſcripto hoc defendere, atque a viuo mortuoque ſe propulſare contendit. Quod quum integrum a me hic in lucem denuo proferatur, ſit, vt ſingulis tribus de fortiſſimi Hutteni Fatis Commentarii huius Partibus *verboſius* quoddam *ingenii eius monimentum*, quod deperditum ferme videri potuit, a me ſit inſertum: quibus egregia ſimul atque præclara tanti Equitis indoles planius exprimitur.

Es iſt nit nevv, oder vngehœrt, die jhenen, ſo ein ſtraff verdient, als ſy die über ſich kommen ſehen, zu erleichterung jrer peyn, ander leüt pflegen mit ynen zu gleicher entgeltnus zu ziehen, des beduncken, es kommen ſy leichter an, vvenn vil zu gleich mit ym leyden. Aber ein groſſe vngüt iſt, da eyner miſhandelt hat,

(k) eiusmodi crimine palam Huttenum noſtrum arguerunt *Io. Cochlæus, Chriſtoph. Broſſerus*, alii. vid. huius *Antiqnitat. Fuldenſ.* lib. IV, p. 337. add. *Epiſtola Anonymi ad Io. Crotum, Rubianum*, ſæpius ſupra citata, p. 10.

hat, vnd einen vnſchuldigen mit ym in ſtraff füret. Als denn yitzo die Curtiſanen, *dievveil ſy ſcheinbarlich ſehen ob ſich von allen œrten erheben, vnd aus vorſehung, als anders nit zu achten, des almechtigen, der ire bosshafftigen vnd vordampte practicke lenger nit dulden mag, dahin ſchicken, daſs ſy vvievvol noch lenger übung vnd gebrauch derſelbigen, doch zu letſt vmb ire bisher geübte misbandlung geſtrafft vverden mœgen: vnderſtehen ſy aus gevvonter bœſvvillikeit vnd vntrevv alle andere geyſtlichen vnd gemeinlich die vvirdigen Prieſterſchafft in not vnd das bad, ſo yn allein, jrem Vorſchulden nach bereydt, zu füren. Vnd nach dem ich kurtz verſchiener Zeit von vvegen eygener notturfft, damit gantz Teutſch nation vaſt jæmerlich beladen iſt,* etliche Klagſchrifft vber ſy die Curtiſanen vnd ire anhenger, als vrſacher der genanten beſchwernus, *hab ausgeben lasſen, legen ſy mir erdichtlich zu*, ich ſey ein Pfaffen feindt, vnderſtehe allen Adel, vnd das gemein Kriegsvolck zu vorvolgung vnd abtilgung aller geiſtlicheit zu reytzen vnd bewegen: *haben mich ſchon bey vilen vnd etlichen, die mir zuuor mit gunſt, auch freüntſchafft geneiget vnd vorvvandt gevveſt, zumteil in vordacht,*

zumteil

zum teil auch in misgunſt, offentliche feindſchafft vnnd gemeynen haſſ geſetzt, vnnd das alles ſonder vvarhafftig erbarn grund, durch vorkertem einer gethanen ſchrifften auslegung. Damit nun ſœllich yrem bœſen vvillen nach nit vveitern fürgang gevvynen: vvil ich albie, vvas meine meynung gevveſt vnd noch ſey, durch kurtze erklærung meiner vorigen ſchrifften *zuuerſtehen geben.*

Waruon ſich erſtlich Klag über mich erhaben?

Erſtlich, als ich ein Klagſchrifft (l) *ausgehen laſſen, vnd die ſelbigen hart œffentlich angeſchlagen: haben ſo bald die* Curtiſanen, *als ich des an etlichen enden gevviſſe Kuntſchafft erlernt, mich allenthalben ausgeſchriben*, als hette ich dem Bapſt vnd allem geyſtlichem ſtand ein vehd zugeſchriben. *Damit ſy dann vil dahin bevvegt, daſs die ſy meine ſchrifft geleſen, ſolche zuuerſicht gegen mir gehapt, vnd etliche, die ich, vviſſ Got, zu beleydegen nie geſindt, auch noch vngern in einigerley vveis ſchædigen vvolt, ſich vil herter vnd vnfreuntlicher vvort von mir hœren laſſen. Vnd nemlich iſt geredt vvorden*, erſtechen

(l) cuius mentio a me facta eſt P. II, p. 147, & ſupra, pag. 202.

ſtechen ſey ein ertzney, damit meinem gebreſten zu helffen. *Ich vveiſs auch, die offentlich geſagt*, mœcht es yn ſo gut werden, ſy wolten mich mit eygnen henden vmbringen. *Aber die gemein red bey den geyſtlichen iſt ſo bald vaſt vngeſtümiglich erwachſen:* ein yeder ſoll meyner acht nemen: ſey auch gut vnd geraten, zu gedencken, wie meinem fürnemen widerſtandt geſchehen mœge. *Aus ſœllichen vnd dergleichen mer vvorten, dievveil ich mein vnſchult erkendt vnd auch mein ausſchreiben ſo dunckel oder vvorvvorren nit gevveſen, daſs man mein meinung vnd fürſatz, vvie mein gemüt hie vor vnd nach iſt, nit hete gleichfœrmig verſtehen mœgen: ſo doch mit klaren lautern vvorten, von vvem ich vorgvvaltiget, vnd yederman beſchvvert ſey, darumb ausgedrukt iſt: hat mich ſœlchs, als billich, nit vvenig bekümmert, ſondern ein hohe betrübnus bracht, mir ein ſœlichs dermasſen gantz on not vnd vrſach aufgelegt zu vverden, alſo daſs ich nahet darfür gehapt*, alle geiſtlichen, oder der merer hauff wœllen ſich der Curtiſanen wider mich annemen, die vortædigen, vnd mich yren halben vervolgen. *Sœlichs mich hœchlich beſchvvert, vnd dahin bevvegt,*

daſs ich einen ſpruch, *vvie der dann noch am tag, vnd offentlich geleſen vvirt*, in derſelbigen hitz hab ausgehen laſſen. *So bald das nun geſchehen, haben* die frommen Curtiſanen *von dem vorigen auſchreiben gelasſen, vnd ſich gantz auf den zornigen ſpruch, mir feintſchafft dardurch zu ervvecken gedacht, vnd alsdann erſt yres vorigen aufgebens vveitern glauben gemacht. darauff* ein groſſ geſchray worden, alſo daſs nyemandt ærger dann Vlrich von Hutten were. *Wievvol nun derſelbig* ſpruch *ſo bæs nit iſt, daſs ich mich darumb, vvo er recht verſtanden, gejrret haben meyne: noch auch yemant, ſo darumb berürt, mit junckfravven mir zu vorzeihen bitte, ſo vvill ich doch, auf daſs ir nit ſollicher geſtalt von den erbern verſtendigen gehalten vverde*, etliche œrter darinn, in was meinung ich die geſchrieben, *aufs kürtzſt anzeigen, vnd zu erkennen geben.*

Daſs ich nit aller geiſtlichen veind ſey, noch zu werden ye gedacht.

Daſs ich aber nit aller gayſtlichait zuwider ſchreiben, ſondern gutte vermannung gegeben habe, *vvisſen ſelbs vvol, die ſollichs auff mich erdencken, vvie vvol ſie gern*

die

die leüt anders vberreden vvollten. So darff man meine ſchrifft in kainen zvveyfel ſetzen: dann in meinem ſpruch iſt klarlich ausgedruckt, vvie ich vnder anndern auch beklag, daſs durch der Curtiſanen practick vil frummer gelerten vnd geſchickten geſellen verhinderung entſtet, daſs ſie mit keinen, oder vaſt geringern, vnd penſionirten pfründen verſehen werden mœgen, ſonder beſitzen allein der kirchen gut vnd pfründen, die zu Rom practiciern künnen, oder aber mit gellt etwas an ſich erkaufft haben. das doch zu erbarmen, vnd ein vrſach iſt, daſs yetzo ſo vil vngeſchickter, auch vnwirdigen vnd vntüglichen vnder den geyſtlichen ſein, dargegen vil frummer, tüglichen vnd gelerten armut vnd not leyden, *alls ich dann im ſpruch anzeyge, beſondern mit dyſen vvortten* (ll):

Wo aber iſt ein *frummer man,*
Der ſich der geyſtlicheyt nimpt an,
Die heyligen geſchrifft auslegen kan,
Mit keiner pfründt man den verſicht:
Dann wer yetz nit *mit ſchalckheyt ficht*

(ll) cit. lib. p. m. D 1, a.

Zu *Rom*, vnd würt ein *Curtiſan*,
Den laſſen ſie dahinden ſtan.
Allſo kein *frummer* gefürdert wiert,
Allein die *bosheyt* iſt *geziert*.
Das haiſt man yetz die *geyſtlicheyt*. &c.

Auch ſo nim ich allvvegen, vvo ich am heffrigiſten vormanung gib, *alle* frummen, gelerten, *vnd* gotzforchtigen *aus. als do die ich got bitte, zu verhüten, daſs nit, vvo es ye zu der ſtraff kæme, die vnſchüldigen mit den vervvürckern geen* (m).

Hilff, daſs der hauff werd bald zertrent,
Dann wo das nit in kurtz geſchicht,
Daſs dein gewallt ſich ſelbſt vorſicht,
So forcht ich, es vverd vbel gan:
Sie haben gæffet yedermann:
Drum mag es bleiben lenger nit;
Es muſſ das kalb der ku gon mit
Das vvær noch zu verhüten vvol &c.

Auch an einem ort, da ich allſo ſchreibe (n)

Doch halt die *frummen* ich beuor:
Der greiff man keinem an ein har:
Vnd die ſeind gutter ſchrifft gelert.
Jch bitt, daſs keiner vverd verſert;
Vnd vver *ein geyſtlich leben fürt*,
Jn dyſer ſach bleib vnberürt &c.

Item

(m) C 3, a. (n) D 4, a.

Item noch an einem andern end allſo (o):

Den *frummen* vvolln vvir bieten eer

Sie leben allzeit vaſt vnd ſeer &c.

Aus ſollichem, vvo nit meiner vvidervvertigen gemüt byſs zu yr ſelbs vorgesſen gegen mir vorgifft, vver zu erkennen, ab ich nit der vvaren geiſtlicheit, vnd erlichen Prieſterſchafft von hertzen geneigt vnd günſtig ſey: *bin ich aber den* bœſen *vvider vnd ergerlich entgegen, vvas gat das die* vnſchuldigen *vnd* frommen *an? vnd ſo ich vber die klage*, die vns alle gemeinlich beſchvveren: *vvarum haben von mir für übel*, die mer, dann andere, von denſelbigen beſchvvert vverden? *Ja mer iſt zu erkennen, daſs diſſe ſach allen* recht geiſtlichen *zu gut angefangen, vnd auch, ob got vvil, ſo vil in mir ausgeben ſoll: derhalben ich hoffe bey denſelbigen, vm daſs derzu gethan, vnd noch thun mag kein vngunſt vnd feindſchafft, ſonder groſſen danck verdienen: die* Curtiſanen *ſagen vvas ſy vvœllen.*

Bit an alle frommen geyſtlichen, mich fürter ſœllichs verdachts zu erlaſſen, vnd meines rechten grundt zu vornemen.

O 3 *Hier-*

(o) F 5, b.

Hierumb ich alle frommen prieſter *vnd* geiſtlichen *fleisſigklich ermanet vnd gütlich gebeten haben vvil*, ſich der Curtiſanen nachred beſagung nit anzunemen, auch ſollichs hinfür in keinem vveg zu mir zu verſehen, vnd mich grüntlich aus diſem vordacht zu laſſen. *Dann nit allein iſt ſollichs mein vvil oder meinung nye gevveſen, ſondern auch vvær vvyder mein hertz vnd gemüt,* einigen frommen prieſter oder geiſtlichen belæſtigen oder betrüben. *vil mer vvolt ich,* vvo ich jren ſchaden zuuorkommen,nutz zu fœrdern vnnd veruolgunng enndtgegen zu ſeyn vvyſte, mein leib vnnd gutt allzeyt bey ſy ſetzen, vnnd yn mitt allem meynem vormügen thienen. *das ich auch hoffe, vvo ſich yemer gelegenheit begeben vvirde, ſy mit der that an mir befinden ſællen. Wo dann yemant bisher meine meinung anderſt vorſtanden hette, den vvil ich diſſes ytzo alſo bericht, vnd auch darüber proteſtiert haben*, daſs mein mut vnd furſatz nie anderſt gevveſen, oder noch ſey: *dann immaſſen ich hierinn anzeige vnd bericht thun, vnd nit allein das, ſonder auch, vvo es ye zur thætigen handelung kommen, vnd ſich mein yemant annemen vvurde, dem vvil ich*

zuuor

zuuor alhie verkündiget zu vviſſen gethan vnd gegeben haben, meyn meinung gar nit ſein, yemandts vnſchuldigs oder der ſach vnvorvvandt hierein zu ziehen, daſs er derhalben ſollicher verſchone, dann vvo er das nit thet, vnd vveiter greiffen vvurde, ſollt er ſich auff mich nit zu beruffen, noch icht zu entſchuldigen haben. *dann nit allein gib ich yemants zu ſollichen vorvvilligung, ſondern auch vvær, vvie abgeſagt, vvider meins hertzen vvillen vnd mainung*, yemants vnſchultig zu beleidigen. *Hirumb ſol ſich in der geſtalt keiner vnder meinem namen bedecken, noch beſchœnen, oder vvo er einen* frommen geiſtlichen *beſchediget, ſich mit meiner ſachen behelffen: denn er vvirt damit nit beſtehen, vnd vvo es zur ausred kæme, mich ehe yn zu vvider, den für ſich fynden. Wil derhalben einen yeden trevvlich gevvarnet haben:* dann ich vvil yetzt meins lebens, vnd brauchung der vernunfft, ſouil mir müglich, die vvyrdigern, erbarn, fromme prieſterſchafft vnd geiſtlicheit, mit hertzen vnd gemüt, fleis vnd arbeit gern fœrdern, vnd vor ſchaden vorhüten helffen. *es vvær dann, daſs yemant, vvie ich mich zugeſchehen gantz nit*

O 4 *vorſehe,*

vorſehe, ſich alſo vorgesſen vvürde, daſs er ſich meiner vvidervvertigen gegen mir annæme, vnd mich veruolgete. *dann vvo ſœlichs geſchæch, müſte ich von not vvegen auch meynes beſten gedencken. vvil aber eynen yden fleiſſiglich vnd gütlich gebeten haben*, ſich derſelbigen vnd alles yres anhangs zu entſchlagen, vnd yn vvyder mich vveder mit rat noch that, hülff oder fürſchub zu thun, noch vngutem vvider mich bevvegen lasſen. *Dann ſo* mein ſchrifften *recht bevvegen vverden, ſeind ſy* zu gemeins prieſterlichen ſtands er, nutz, vnd auffvvachſen thienen. *in dem alvvegen mein fürnemen geſtanden, vnd noch heütigs tags ſtet.*

Wen ich in meinen ſchrifften meyne vnd genent haben vvœlle.

Vnd vviewol in obgemeltem ſpruch, *auch andern meynen* ſchrifften, auff vven ſich mein klag vnd vormanung ziehe, *genugſamlich ausgetruckt, vnd erkandtlich iſt: ſo vvil ich das doch alhie vviderumb angezeigt, vnd repetiert haben,* daſs mich ſöllich klag zu füren vnd vermanung zu thun verurſacht vnd bevvegt hat. *zum erſten fürnemlich* vnderdruckung der Chriſtlichen, zu voran vnſers vatterlands Teütſcher Nation freyheit,

heit, vnd die manigfaltige beſchvverung, damit alle Chriſtenheit, aber, mer dann andere, vvir Teütſchen, on zal vnd maaſſ, durch die Bæpſt, vnd dem Rœmiſchen gebrauch vberladen vnd beſchvvert ſein, auch noch tæglich ye mer vnd mer vverden, vnd daſs die Bæpſt ſo gantz freuelich die gœtlichen vnd Evvangeliſchen vvarheit durch villerhandt vnfruchtbare leichtfertige Conſtitution vnd geſetz, nit zu erhebung gemeines Chriſtlichs nutz, ſonder zu verdruckunge gœtlicger geſetz, vnd abnemung Chriſtlicher freyheit, eygen gevvinn vnd nutz zu ſuchen thienen, eyn lange zeither verdunckelt vnd geblendt haben, an ſtadt der gots geboten, yr vnuerſchampten lügen vnd gedicht bey den einfeltigen Chriſtlichen ſchæflein geübt, eingedrungen, vnd teütſche nation der maſſen alſo überredt, vnd in bezvvangkliche haltung gebracht, daſs vvir nit allein ſo lange zeit penſion, annaten, zalung für die biſchoffs mentel, für allerley Confirmation, diſpenſation, relaxation, gratien, vnd dergleichen haben volgen laſſen, ſonder auch, das doch zu erbarmen, vnd ſich zu ſchæmen iſt, vvann

yn geliebt yre legaten vns aplaſſ zuuerkauffen,geldt zum türckiſchen krieg,oder ſant Peters mœnſters erbauvvung, oder aber aus andern ertichten vrſachen, von vns zu fordern, zu vns heraus geſchickt: vnd dasſelbig ſo gar frey, vnd on alle ſcham, daſs ſy auch darzu, als ob vvir yn zinsbar vværen, den zehenden oder zvventzigſten pfennig auff vns zu legen, vnderſtanden, nitt eyn gnügen gehapt: vber alle geyſtlicheit, darzu ſy es dann mit liſt vnd gevvalt bracht haben, an menigklicks eintrag oder vviderſprechung zu herrſchen vnd regieren, ſonder auch auff daſs ſy ſich noch vveitrer vnſerer gedult vnd vorſeymung misbrauchen, ſich vndervvunden,in das vveltlich regiment zu greiffen, geſetz gemacht, daſs ein bapſt auch in der vvelt zu regiren, Keyſer, Kœnig, vnd fürſten nach ſeinen gefallen zu ſetzen vnd zu entſetzen hab. Das ſie dann auch eine lange zeit her alſo in gebrauch gehalten, den rœmiſchen Keyſern vnd andern grosſen eintrag gethon, vil ſtett, land vnd reiche gevvaltigklich an ſich gezogen, viler nation zerſtœrung, auch land vnd leüt grüntlich

lich vorderben, vorurſacht hon. vnd als ſie mit der erdichten vbergebung Conſtantini, etvvas hinfür zu ſchaffen, bey jn ſelbs vorzeigt gevveſen, mit hand vnd vvaffen vmb ſich gegriffen, mitler zeit die einfaltigen Chriſtenheit zum tail gezvvungen, alles vvas ſie auffſetzen, ob das ſchon eeren oder billicheyt entgegen vvær, veſtiglich zu glauben vnd hallten, ayd, pflicht, gelübd, vnd büntnuſſ auffgelœſt vnd genichtiget, die heyligen, bevværten, vnd vnvviderſprechlichen ſchrifft nach irem vvillen, vvarzu ſie gevvollt, bezvvungen, genœtiget, vnd getrungen, vvann ſie geluſt, oder eygner nutz erfordert hat, nevve geſætz gemacht, oder die gemachten abgethon, die gantzen Chriſtlichen vvellt mit iren bullen belogen vnd betrogen, einen falſchen ſchein von jn ausgeben, vvas ſie in ſollichem oder dergleichen machen oder brechen, ſetzen oder abthun, anders nit zu achten ſein, dann vvær es von gott ſelbſt allſo beſchehen. ja ob ſchon ein bapſt eins vnchriſtlichen bœſen lebens vvær, mit berümung niemant hab ſie zu vrteilen, oder vber ſie zu erkennen.

Darumb

Darumb ſie ſich auch mit einem tyranniſchen ſtoltz vber die Chriſtlichen Kirchen erhaben, die heyligen Concilia, durch vbermacht vnd gevvalt vnder ſich gevvorffen vnd vordempffet, ayd vnd pflicht von den biſchoffen, ſo ſie confirmiren, zu keinem Concilio nimmer mer zu raten gefordert, vnd alle, die jhenen, die ſolliche ire tiranney lenger nit haben leyden noch gedulden vvœllen, oder mœgen, als die Krichen, Bœhemen, vnd andere, ein groſſen teil der Chriſtenheyt, von der kirchen abgeſondert, für abtrennigen vnd ketzer zu achten vnd hallten geheyſſen. *Dyſes hat mich, vvie yetz gemellt, erſtlich bervegt*, *darnach* daſs die Curtiſanen mit irer practick, die ſie ſtætz treiben, die bæpſt in irem fürnemen halsſtercken, jm darzu ſie ſunſt nit kommen mœchten, helffen, aller angezeigten beſchvvernus vrſach ſind, die lehen, ſo vnſer eltern von iren vætterlichen güttern geſtifft, gen Rom ziehen, das patronen recht ausleſchen vnd abtilgen, den Rœmern alle vnſere heimlicheyt verratten, auch ſunſt, vvie alle ding hie geſtallt, kundt thun, vil frummer prieſter

ſter vnd redlicher geſellen, die allhie verſehen vverden, mit iren rœmiſchen ſünden, vnd bœſen ſtucken vmbtreyben; bekümmern vnd vexiren, keinen erbern, frummen vnd gelerten zu etvvas kommen laſſen, kauff vnd fürkauff mit den gayſtlichen leben anders nit, dann die kaufleüt mit pfeffer, ſeyden vnd dergleichen vvaren treiben: damit ſy vnſprechlich groſſ gellt von teutſchland gen Rom, vviderumb herauf vvælliſche ſitten, vnd vil bœſer ſtuck, dardurch vil an irem leben geergert vvurden, bringen. *Do ich ſolchs geſehen, vnd iren* groſſen ſtoltz, *damit ſie jdermann bochen, vnd durch* ſchrecken des bapſtlichen bannes *zu ſtillen vnd ſchvvaigen vermeinen, erkandt, vvievvol ich gevviſt, daſs vaſt farlich mit jn zu fechten iſt, vnd hieuor vvenig glückſeligklich vvider ſie geſtanden, ſonder vil darüber durch* vertruckung vvarheit *vnd* ſtraff der vnſchuld *vndergangen vnd vordorben ſeind: hat mich dennoch* lieb *vnd* erbermnuſs vnſers vertruckten vaterlants, anſehung der benommen freyheit *vnd* vngedult der ſchmælichen dienſtberkeit *bevvegt. Hab mich alſo gegen yn, ſo vil in mir gevveſt, gericht, jre handlung* an

an tag zu bringen, alle teütſchen vormanet, ſo-lichen vnchriſtlichen regiment *vnd* der bebſt tyranney *entgegen zu ſtellen: mich auch erbotten, als ich dann noch thu, ſelbſt mit al-lem vermügen zu ſœlicher ſachen zu helffen: vnd damit vvir von den ſelbigen vortruckten erledigt, vnd gefreyt vverden mœgen, mein leib vnd le-ben yn fürzuſetzen: das, als ich hoffe, niemants auslegen mœgen, als ſœllte ich darumb vvyder* alle geyſtlicheit *ſein: beſonder, ſo ich mer, dann zu einem mal, die* frommen, vvirdi-gen, *vnd* geiſtlichen *in meinen ſchrifften, vvie oben angezeigt, auſsgenommen, vnd mich yn mit dienſt vnd gutvvilligkeit freüntlich erbotten hab. Daſs ich aber vveiter auch* von den müsſiggengern, vnd vngeiſtlichen geiſt-lichen, auch der jhenen, die meynen, ſy heysſen darumb geiſtlich, daſs ſie ein müsſig, vol vnd vnd vnkeuſch vveſen füren ſœllen, vnd leben derhalben alſo, daſs ſich der gemein mann vaſt an yn ergert, angezeigt hab, *derhalben vveiſs ich mich auch nit vnrecht gethan ſchuldig, ſonder kan noch meinem gevviſſen, noch anders nit daruon reden. dann daſs* die jhenen, ſo ei-nen geiſtlichen namen tragen, billich ſœlten geiſtliche vvercke üben, oder aber

doch

doch ye alſo ſich halten, daſs es nit vvie ytzo dafür angeſehen vverde, vver gern frey, aber ſeiner begir, luſt vnd mutvvillen nach leben vvœll, daſs ym der vm ein pfründ gedencke: darumb daſs es alsdann von aller vveltlichen œberkeit gefreyt ſey, vnd dœrfe yn niemant ſtraffen, oder ym in ſein ſach tragen, er leb gleich vvie er vvœll. Dann es ye vnbillich iſt in dem ſtandt, darinnen volkommenheit aller gutten vvercken ſein ſolt, alſo gelebt vverden, daſs allein doſelbſt ſünden vnd übel on ſtraff oder einred geſchehen ſœllen. gleich als ſy der geiſtlich nam ein deck oder ſchirm, darvnter ſich alle bosheit, ſchand übel vnd laſter erhaben mœgen. *So iſt auch nit zu glauben, daſs vnſere vorfarn die* geiſtlichen lehen *zu* eynem vnnutzen gepræng, müſſikeit, vvolluſt, füllerey, freyheit, übel zu leben, vnd ſchanden zu treiben *geſtifft, darumb auch yr vaterlich gut zu den kirchen gegeben: ſondern, als ich achte, erſtlich* zu gotesdienſt, *darnach auch*, damit die jhenen, ſo arm, aber doch geſchicktt, vnd von redlichen vvoluerdienten leüten herkommen, alſo verſehen vverden mœch-

mœchten; *vvelches ich dann auch noch zu ſagen vnd ſchreiben gar kein ſchevv trag. erſtlich darumb, daſs es* die grund lautere vvarheit iſt, die ein yder redlicher an allen enden, aber zu voran vvo vilen leüten, oder einer gantzen gemein, nutz vnd gut daraus entſtehen mag, bekennen vnd offenbaren ſol: *darnach auch ich viel* geiſtlicher perſonen *kenne, vnd vveiſs, die ſelbſt anderſt nit dauon reden, ſonder gleich vvie ich,* von dem verkerten leben der jhenen, die nichts geyſtlichs, dann den bloſſen namen an jn haben, *ſagen vnd klagen mœchten yrent halben* ein gemeine reformation deſsgleichen ſtands *ſo bald die vvürde leyden. derhalben ich mich auch deſte weniger vngunſt vorſich bey den guten vnd redlichen. So ligt mir nit vil dran, ob mir die feyndt ſein, die weder er noch tugent lieb haben. duncke mich des gevviſs, daſs kein byderman, der in ſein eygen gevviſſen geben vvil, mir mein ſchreiben vnbillichen mœge. vnd vvil alſo beſchliesſen, daſs* in gemein, dem vnordentlichen, vnzimlichen vnd ergerlichen leben der vngeiſtlichen geiſtlichen, auch dem vnmæſslichen vnleydlichen ſtoltz, pracht, vnd übermut, ſo ſy treiben, vnd der

vor-

vorkerten bœſen freyheit, darauff ſy ſich in yrem misleben verlasſen, dardurch ſy auch andere vnder ſich drucken, von gantzem hertzen vvider vnd feindt byn, vnd, ob gott vvil, ſo lang ich leb nymmer hold ſein vvil. *Dievveil aber die* Curtiſanen *ein practick, dardurch die gantze Chriſtenheit, aber fürnæmlich vnſer vaterland teütſch nation, in masſen, wie angezeigt, beſchwert wirt, üben vnd treyben, auch zum teyl mir, wie ich das in meinem vorigen auſſchreiben klæglich zu erkennen gegeben, leyd gethan, vnd zu thun vnderſtanden: vvill ich bin wyder yn den* Curtiſanen, *allen yre* anhængern, *vnd den jhenen, ſo ſich yr annemen werden, ſouil mir müglich, in was geſtalt, weiſs oder vveg ich das yemer kan oder mag, alles leyd, ſchaden, vnd übel zu fügen, durch mich ſelbſt, vnd andere, die ich auff yren ſchaden bringen oder füren mag, zufügen, auch vnderſtehen, mich in kein ru noch ſtille zu geben, alle vveg ſuchen, vnd vveyſs brauchen, auch allerley fleiſs anvvenden, bis ſo lang ich in ein voruolgung, dardurch ſy zerſtœrt, vnd yrn bœſen myſsbrauch abgethan vverde, ervvecke. Hoff, der allmechtig got ſoll hierin mir, meynen helffern, vnd allen, die in diſer ſachen ſich bemühen vverden, an-*

geſehen vnſer Chriſtliche gute meinung vnd fürſatz zu volbringung vnd ausfürung der ſachen ſein gœtliche hülff vnd genad beweyſen vnd verleyhen.

Warumb ich mich ſœllichs mer, dann ander leüt, vnterwinde.

Daſs ſy aber ſagen, ich vndervvynde mich eyns dings, deſs ſich ſunnſt nyemandt annemen vvœll. *darzu ſag ich:* vvar iſt, daſs ich hierinn nit mer, dann andere, auch vveniger, dann mancher, zu ſorgen hab: alleyn daſs mich got mit dem gemüt, (ich fœrcht) beſchvvert hat, daſs mir gemeiner ſchmertz vveher thut, vnd tieffer, dann villeicht etvva andern, zu hertzen geht. vvo aber ein ſach nutz, erlich, oder vonnœten iſt, achte ich nymant ſœl, ob er die gleich auch allein treiben müſt, ſich ichtes daruon vvenden lasſen: *vvievvol nitt zvveifel, vvo es gottes vvill vver, daſs alle teütſchen, ſo viel als vvol vonnœten, erkantnuſs diſſer ſachen, vnd bedruckung der grosſen beſchvverde, damit vvir arme teutſche ſchvvœrlich beladen, hetten, man vvürde bald ſehen, ob ich mich allein bekümmert, oder klag vnd vermanung thæt. So hab ich ein zeitlang gevvartet, vnd verzogen, ob ir-*

get

get einer der geſchickter vnd diſem handel behülflicher, die ſach anfahen vvolt. Dievveil ich aber ſich, daſs niemant herfür gevvœlt; vnd ſich der Curtiſanen regiment *ye lenger ye hœher erhept, vnd ye vveyter ausbreitet, auch* die gœtlich vvarheit, *vnd* gemeine freyheit *ye mer vnd mer vndertrückt, vnd ausgetilget vvürdt: vvag ich es im namen gotes, hoffend, es ſœllen auffs vvenigſt etvva fromme leüt mir glück vnd heil darzu vvünſchen. ſo hab ich hierinn mer nit, dann leib vnd gut zu verlieren: die ich beyd, ob ſchon mein gut mit eins yedem reichtumb zuuergleichen vvær, geringer achte, dann daſs ich vm deren vvillen ein ſollich erber vnd billich fürnemen vnterlaſſen ſœlte. Aber* die Er vvil ich, *ab gott vvil,* vnuerſert mit mir in mein gruben bringen. *Sol ſich diſſer ſach halben, hoffe ich, meren vnd nit mindern. Ob ich dann ſchon, da mich doch got, ſo lang es ſeiner gœtlichen gnaden gefelt, für behüte, in diſen fürſen vnderging: ſo* getrœſte ich mich dennoch meines Chriſtlichen fürſatzes, vnd guter meinung, ſo ich hierinn gehabt, auch des ausgebreyten ſamens: denn als ich ein gut vertravven hab,kein liſt noch beſchedikeit aller Curtiſanen je mer ſo gar vortreten oder aus-

vvurtzeln ſol, daſs er nit etvva nach meinem tot vviderumb ausgehe, vnd erbur. vnd hoffe, ich hab alſo gelebt, daſs mein noch keyn frommer ſchaden oder beſchvvernus entpfangen, ſonder mir mein leben, vnd junge zeit ſavver vverden lasſen, in armut, not vnd far nach Eren vnd guten künſten geſtanden: meinem leib derhalben vvee gethan. *Wie mœchten dann, vvo es mir übel gienge, ſich gute leüt meins vnglücks frevven? Mer vvil ich mich gutes vvillens vnd erbarmnus vermuten.*

Daſs ich nit als eyn Prediger hier, ſonder als eyn radtgeber, vormane.

Dann ſagen ſy, ich vndervvinde mich in meinen ſchrifften zu leren, vnd jre heiligen ſchrifft auszulegen: ez gebür mir nit, dann ich ſey kein prieſter oder Theologus. *Darauff antvvurt ich:* keynes predigen oder lerens hab ich mich hierinn ye vndervvunden: ab ich aber das zu thun hette, oder zu volfüren gnug vvere, lasſe ich ytzo beſtehen, vnd mach zur zeit mit niemant daruon diſputieren. ſonder hab ich als eyner, der ſeinem vaterlandt vvol vvil, des frommen vnd nutz zuſchaffen, nachteil vnd ſchaden

zu-

zufürkommen denckt, der auch gebürlicher freyheit begirig, ſchandlicher dienſtbarkeit, verdrieſs vnd beſchwarnus gehapt, von gemeiner teütſchen Nation gebrechen anzeygung geben, vnd vormanung gethan, vnd vvo neben denſelbigen von nœten gevveſt, oder es die ſach erfordert, meinem ſchreiben einen grund zuſchœpffen, ſo vil ich gevviſt, in die heyligen ſchrifft, ich hoff nit mit vngewæſchnen hænden gegriffen, vnd mich der befohlen: *das dann, meiner zuuorſicht, ich vnd eyn yeder in dem vnd dergleichen füglich vnd vvol thun mag. Hab ich es aber troffen oder nit, vnd die heyligen ſchrifft als ein vorſtendiger, oder hervvider gebraucht: hette man in einer vorhœr, zu der ich mich erboten, vnd der ich bisher alzeit hoffend vnd begirig gevveſt, befinden mægen. Gib es noch den gelerten vnparteyiſchen zu vrteilen vnd erkennen.*

Ob mir ſollich vormanung an geheyſs der Oberkeit zu thun gebür?

Aus vvas gehyſs hat aber Hutten genante beſchvvernus angezeigt? oder vver hat jm ſollich vermanung zu thun erlaupt? *Diſes zu fragen iſt nit vonnœten gevveſt: dann* niemant, darfer erlaubnis

 zu

zu dem, das yederman befohlen iſt, *ich vverde dann vndervviſen, daſs* nit ein yeder ſchuldig ſey bey Chriſtlichem glauben, vnd der gœtlichen vvarheit zu halten, ſeinen nechſten Chriſtenmenſchen alzeit das beſte zu raten vnd thun, vmb ſeines vaterlands vvillen ſich hœchlich bemühen, in alle far vnd not vvagen, auch den tot nit fœrchten oder flihen. *Ein getrevven vvackern hund heiſt ſein herr nymmer bellen: ſo bald er aber ein diept erſicht, bevvegt yn nateürlich trevv, vnd vvolmeinung ſeines herren, ym zu einer vvarnung, demſelbigen anzuzeigen. Alſo auch hette ich nit* der Curtiſanen rauberey *erkant, vvere mir über die zu klagen nit vonnœten gevveſt, hette ich nit* vnſerm vatterland zu ſchaden gehandlet vverden geſehen, *vvær ich mit anderen ſo villen ligen blieben, vnd hette mein ruffen gelaſſen. Daſs ſy aber ſagen,* mir gebür nit auffrur im reich zu machen: *ſag ich* ſœlchs iſt auch mein fürſatz oder meinung nie gevveſen, ſonder dencke ich, ſo vil in mir, darzu zu helffen vnd allen fleyſs anzuvvenden, damit durch abtilgung vnd ausreütung der jhenen, die alle ru vnd gemeinen friden zerſtœren, teütſchland

vvider-

vviderumb in fryden vnd freyheit geſætzt vverde. *Wie mœgen ſy aber ſagen*, ich erkenne mein œberkeit nit? hab ich nit *erſtlich* die rach zu got, ſollichs hertziklich klagend geſtelt? hab ich nit *darnach* Key. Mt. mit angeheptem ernſt, grosſen fleiſs, vnd emſigem anhalten gemeine not vnd gebrechen zu bedencken vnd hinzulegen vnderthænigklichen vnd flœhend gebeten? *Nämlich an einem ort, do ich alſo ſchrib* (p).

Doch bit ich vor *Kunick Karlen* dich,
Wœlleſt diſſer ſach genædigklich
Erzeigen dich vnd hœren zu,
Dann was ich dyſen dingen thu,
Soll geſchehen als zu Eeren dir.
Dann ſunſt nitt wœlt gebüren mir,
Jm Reych auffrur zu heben an.
All freyen Teütſchen ich vorman,
Doch dir zu vnderthænigkheit,
Zu ſeyn in diſſem ſchympff bereyt,
Daſs gholffen vverdt dem gantzen landt,
Vnd auſgetryben ſchad vnd ſchandt.
Das ſollt eyn hauptman thu alleyn,
Anheber, auch volender ſeyn.

(p) D 3, a.

So will mit allem, das ich mag,
Zu dienſt dir kommen nacht vnd tag:
Vnd beger von dir des keynen lon.
Mœcht ich allein erlebet han,
Daſs wurd gelegt beſchwernus ab,
Von der ich viel geſchrieben hab:
Jn armut wœlt ich ſterben gern,
Vnd alles eygnen nutz entbern.
So ſoll man auch hierinn keyn Er
Mir ſchreiben zu, du biſt der herr:
Vnd was hierinn gehandelt wirt,
Dardurch deyn lob ſoll werden gziert,
&c.

Hab ich nit auch vnſere genædichſten vnd gnædige Fürſten vnd herrn, in die ſach zu ſehen, *etwa bittend, etwa auch aus billichem zorn ſcheltend, ermanet? Hab ich nit warnung gethan*, daſs zu fœrchten ſey, wo vnſere oberkeyten nit ſelbſt diſſen dingen raten, daſs etwa ein gemeiner hauff, vnd das vnſinnig volck, nachdem der Curtiſanen vnd vngeyſtlichen geiſtlichen vngeber, misbrauch, vnd tyranney, auff das hœchſt auffgeſtigen, ſich erhebe, vnd alsdann mit der vnuornunfft in hauffen ſchlage? *Wie man das dann alles in dem obgemelten* ſpruch, *auch eilichen andern meynen* ſchriff-

ſchrifften (q) *findt. Wer nun ſolliche vermanung gibt, vnd, vvie angezeigt, vvarnung thut, ſol man von dem ſagen,* daſs er auffrur vnd vnru mache? *Ja ich ſehe vvol, vvenn man zu allen bœſen ſtucken diſſer leüt ſtil ſchvveige, yn nichtes in yr vnbillich herſchung vnd gevvalt trug,* ein yeden Biſchoff über den Keyſer, den bapſt über Got ſætzet, alle, die geiſtlichen namen haben, ſy leben gleich, vvie ſy vvœllen, für herren hielte, ſy land vnd leüt, vvie bisher, an ſich bringen, der armen ſchvveiſs vnd blut in vnnützen bracht, vn ſchendhafftigen vvolluſt vorzeren, ja die gantzen Chriſtenheit, vvie ſy ſich des dann gereydt vndervvinden, regieren, vnd in gezvvangk halten lieſs: *vvælten ſie von guter ru, vnd gemeinem friden ſagen. hierumb ſteht vvol Fürſten vnd herren, vvie ich dann vormals vormanung gethan, in die ſachen zu ſehen.* Mann hatt vnns das ſeyl über die hœrner bracht; mœgen vvir das nitt gemæchlich auffloeſen:

P 5

(q) præſertim in *Conqueſtionibus ad Carolum Imperat. Principes, ac Viros Germ.* de quibus vid. P. II, p. 67, & ſupra, p. 182. itemque in *quibusdam Dialogis*, in primis in illis, qui *Monitor primus* & *Monitor ſecundus* inſcribuntur. de quibus egi P. II, p. 163, ſeqq.

ſen: *ſo vvyll ich nitt darvvydderraten*, daſs man es vngeſtümmigklich vnd mitt gevvaltt zureyſse (r). *Dann ſællichen betrangk iſt vns nitt müglich længer zu leyden. vnd ob vvir alſo darvvider ſtrebten, mæcht es nit* ein aufrur *geſcholten*, *ſonder* erlœſung von ſchmelichen gefencknuſs, vnd vnleidlichen banden *genendt vverden. Ob dann ich oder yemant vor der zeit, ehe dann Keyſ. Mt. die ſach ſelbſt für zu nemen gelegen vver, etvvas gegen die Curtiſanen vnd yrem anhang furneme: der kan mit keinem rechten vorvvürcklich gehandlet haben erkent vverden: dann* am gemeynen frydbrechen, vnd feynden des vaterlands, *als dann die* Curtiſanen, *beruff ich mich auff erkenenus, vnd aller frommen vnd der ſach verſtændigen, ſindt*, kan nimant vorvvürcken, oder mishandlen. *Das ich albie Key. Mt. als vnſern aller gnædigſten herren,*

mein

(r) huc ſpectauit *Huttenus*, quando quibusdam ſcriptis ſuis hæc ſubiecit verba: *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus a nobis iugum ipſorum!* Quibus verbis, ex *Pſ. II* deſumptis, quod contra *Pontificem* vſus ſit, huic deuoti grandi verterunt *Hutteno* vitio. At *malorum verbis, in bonum ſenſum adbibitis, vti omnino potuiſſe noſtrum*, dudum ab aliis eſt comprobatum. vid. P. II, p. 120. & p. 145 (s).

mein günſtige vnd gnedigen Curfürſten, fürſten, grafen, vnd herren vormanet haben vvil, vmb gotes vnd der gœtlichen gerechtigkeit vvillen, vndertænigklichen gebeten, mir ſœllichs meyn fürnemen bey jn nit vorkeren zu laſſen, ſonder mein gute meinung, getrevven fleyſs vnd vnderthænigen dienſt, in gnaden zu erkennen, vnd in diſer ſachen über mir zu halten, oder aber aufs vvænigſt mich gegen meinen vvidervvertigen, mein abenteür, ſtehen laſſen: *angeſehen daſs diſſe handelung anders nerget, dann zu* ſtraffen des übeln, *vnd* ervveckung alles guten *reichet: darüber ich got vnd aller gerechten hertzen vnd gemüte erkennen laſſe. Hierumb dœrffen meine vvidervvertigen nit fragen*, ob mir gebür anzeygung vnd vermanung gegen gemeine gebrechen zu thun, *ſonder vil mer für ſich ſelbſt ſorgen, vnd ſich, das dann hoch vonnœten, vnd die zeit iſt, gedencken*, vvie gar ſy nichtes mit den vvercken, jrem namen, vnd geiſtlichen ampt gleichfœrmig, ſonder alſo leben, daſs billich die gantze Chriſtliche vvelt mit auffgehabner ſtymmen, vnd vorgoſſnen zehern, über ſy vveinen vnd ſchreyen, oder aber aufs rechter bevvegnus, vnd mer

mer dann gnugſamer vorurſachungen, als zu ausloeſchung eines gemeinen brandts, ſy abzutilgen, zuſammen lauffen ſolt.

Ob ich billich vvoffen vnd vver gegen yn, als geyſtlichen leüten, anruffe?

Hie ſeind die Curtiſanen *vnd* vngeiſtlichen geiſtlichen *vvyder iren ſynn vnd gevvonheit* gantz geiſtlich *vvorden: vverffen mir für* Chriſtliche ſenfftmütigkeit, *ſprechend,* ich ſol nit krieg vvider ſy ervvecken, noch zu bluturgiesſung der geſalbten gotes raten. *Das gemant mich eben, als ob ein vvolff, vvann er den hirten geſchädigt hette, von ym geiagt in ein kirchen flüch, vnd ſich auff freyheit der gevveichten ſtat berief: dann nymmer ſicht man ſy ſich geiſtlich halten. dann vvenn yn gelibt, ſich auff* freyheit der kirchen *zu beruffen: ſonſt gehen ſy einher vvie die kriegsleüt, vnd freyen bachen, ſchæmen ſich des korhembs vnd der blatten: ſo bald aber ymant mit yn zu ſchicken gevvindt, dann ſeind ſie* geyſtlich vætter, *ſagen vns von der* ſalben Chriſti, *vnd dem* vnauslæſchlichen Caracter, *vverffen vns für das* erſchrockenlich geſætz: Si quis ſuadente diabolo. *Darzu ſag ich*, mir vver gantz lieb, vnd

mœcht

mœcht vvol leyden, daſs ſy vaſt geiſtlich vværen, vnd ſich, vvie billich, halten: dann, vvo dem alſo, vvær teütſch Nation vnbeſchvvert, vnd mir oder nymants klagens not: *dievveil ſie aber, vvie man ſicht, leben, færchte ich, ſy haben ſchon denſelbigen* Caracter, *von dem ſy vns yn zu gut vnd behelf vil fabuliern, mit überflüſſigkeit jrer bœſen vverck außgetilget, vnd mit yren verkerten ſitten die* heiligen ſalben *abgevveſchen: vnd vvolt gern hœren, vver mich aus grund der geſchrifften, doch außgeſchloſſen ire eigene geſatz, die ſy yn ſelbs zu gut gemacht, bedeuten mœge,* daſs, vvenn ein geyſtlicher fürſætzlich vnd darinn beharren, übel thut, man yn nit ſo vvol, als yemant ander, zu ſtraffen hab: *alſo auch, ſeytemal das recht zu gibt, mit gevvalt gegen gevvalt zu fechten,* vvarumb vns verbotten ſey, yre gevvaltige rauberey, vnd beſchvvernus zu vviderſtreyten? *Oder ſo doch alvveg bey allen vœlckern vnd Nation für billich, recht, auch notturfftig geacht, vmb freyheit des vatterlands zu kriegen,* vvie allein vnns armen elenden Teütſchen die hend gebunden, daſs vvir nit zu errettung vnſer vortrückten freyheit, gegen

den

den über vns vvütenden tyrannen fœchten dœrffen? *oder dievveil doch ſy die geiſtlichen tæglich ruffen, mann ſol vvyder die Türcken, als feihend des Chriſtlichen glaubens krigen*, vvarumb vns nit getzæme, vvider ſy als feyhend der gœtlichen vvarheit, des Evvangeliſchen geſætzes, aller erbarkeit, vnd guter ſitten, dann ſy diſſe alle tæglich anfechten, vortreten, ergern, vnd ertœten, aus ſo bezvvengklicher notturfft mit der billichen rach vnd erforderten gegenvver zu hanndlen? *Sol man ſy nitt vrteylen, vvie man ſy findt*, ſo hatt gerechtigkeit nitt ſtat bey vns Chriſten: *muſs mann dann yre fræueliche vorgvvaltung leiden vnd gedulden*, ſo iſt der Chriſten glaub ein tyranney vnd gefencknus, *nitt, vvie* Chriſtus *vnd* Paulus *ſagen*, ein erlœſung vnd freyheit. *es vvirt auch* Chriſtus vvortt, *do er ſpricht:* mein joch iſt leicht, vnd mein bürd iſt ſüſs, *nit kraft haben, ſo lang ſy die vngeiſtlichen geiſtlichen, der yetzigen regiments pflegen. dann ſchvværer bürden hat Teütſchland nie getragen: iſt auch mit ſchmælicher dienſtberkeit nie vorſtrickt gevveſt. es hat auch nie kein tyrann, berüffe ich mich auf Cronicken vnd hyſtorien, ſein vnndertruckten vnd vor-*

gvval-

gvvaltigten, hærter, bezvvancklicher, vnd ſchmælicher je gehalten: dann vvir von den Bæpſten vnd geiſtlichen heuptern gezvvungen benætigt, vnd vortreten vverden. Das vvill ich mitt dem Türcken, *den ſy doch alſo für ein grimmigen vvüterich halten, daſs ſy yn zu bekrigen ſtetes gelt einfordern, bevveyſen: dann* er überwindt die bæpſt mit ſenftmütikeit. *Seind aber die geiſtlichen alſo zart, daſs ſy nymant, vvie bæchlich auch vorurſacht, angreiffen ſoll, vnd iſt vorbotten, mit dem ſchvvert gegen yn zu fechten, vvarumb erlaſſen ſy das dann nit auch ander leüt, vnd halten ſich des* Chriſten gebots, was ir euch die menſchen thun wælt, das thut auch ir yn, vnd was ir von yn erlaſſen ſein wælt, das erlasſet auch ſy? Chriſtus *hatt* zvven ſtænd, darinnen vvir ſælig vverden mügen, *angezeigt*, eynen volkommlichen, darinnen er vns heiſt vvas vvir haben verkauffen, vnd es den armen geben: vver vns den mantel nympt, jm auch den rock volgen laſſen: vver vns auf einen backen ſchlecht, ym den andern darvvenden. *Sol diſſer ſtandt von yemant, ſolt er fürvvar von den* geyſtlichen *vortreten vverden: dann ſy ſællen vns mit guten beyſpilen fürgeben,*

den über vns vvütenden tyrannen fæchten dœrffen? *oder dievveil doch ſy die geiſtlichen taglich ruffen, mann ſol vvyder die Türcken, als feihend des Chriſtlichen glaubens kriegen*, vvarumb vns nit getzæme, vvider ſy als feyhend der gœtlichen vvarheit, des Evvangeliſchen geſætzes, aller erbarkeit, vnd guter ſitten, dann ſy diſſe alle tæglich anfechten, vortreten, ergern, vnd ertœten, aus ſo bezvvengklicher notturfft mit der billichen rach vnd erforderten gegenvver zu hanndlen? *Sol man ſy nitt vrteylen, vvie man ſy findt*, ſo hatt gerechtigkeit nitt ſtat bey vns Chriſten: *muſs mann dann yre fræueliche vorgvvaltung leiden vnd gedulden*, ſo iſt der Chriſten glaub ein tyranney vnd gefencknus, *nitt, vvie* Chriſtus *vnd* Paulus *ſagen*, ein erlœſung vnd freyheit. *es vvirt auch* Chriſtus vvortt, *do er ſpricht:* mein joch iſt leicht, vnd mein bürd iſt ſüſs, *nit kraft haben, ſo lang ſy die vngeiſtlichen geiſtlichen, des yetzigen regiments pflegen. dann ſchvværer bürden hat Teütſchland nie getragen: iſt auch mit ſchmælicher dienſtberkeit nie vorſtrickt gevveſt. es hat auch nie kein tyrann, berüffe ich mich auf Cronicken vnd hyſtorien, ſein vnndertrucktēn vnd vor-*

gvval-

gvvaltigten, hærter, bezvvancklicher, vnd ſchmælicher je gehalten: dann vvir von den Bæpſten vnd geiſtlichen heuptern gezvvungen benœtigt, vnd vortreten vverden. Das vvill ich mitt dem Türcken, *den ſy doch alſo für ein grimmigen vvüterich halten, daſs ſy yn zu bekrigen ſtetes gelt einfordern, bevveyſen: dann* er überwindt die bæpſt mit ſenftmütikeit. *Seind aber die geiſtlichen alſo zart, daſs ſy nymant, vvie bæchlich auch vorurſacht, angreiffen ſoll, vnd iſt vorbotten, mit dem ſchvvert gegen yn zu fechten, vvarumb erlaſſen ſy das dann nit auch ander leüt, vnd halten ſich des* Chriſten gebots, was ir euch die menſchen thun wœlt, das thut auch ir yn, vnd was ir von yn erlaſſen ſein wœlt, das erlasſet auch ſy? Chriſtus *hatt* zvven ſtænd, darinnen vvir ſælig vverden mügen, *angezeigt*, eynen volkommlichen, darinnen er vns heiſt vvas vvir haben verkauffen, vnd es den armen geben: vver vns den mantel nympt, jm auch den rock volgen laſſen: vver vns auf einen backen ſchlecht, ym den andern darvvenden. *Sol diſſer ſtandt von yemant, ſolt er fürvvar von den* geyſtlichen *vortreten vverden: dann ſy ſællen vns mit guten beyſpilen für-*

geben,

geben, vnd vvas an vns gebrechen ſol, an yn erfült vverden. Noch hat er einen mittelmeſſigen ſtand *angezeigt, darinnen vvir auch in vveltlichen gebrauch, gemeinen geſchæften, vnd zeitlichen regimenten vvolfaren mægen: hirumb ab vnſer Keyſer, Künig, vnd fürſten, auch vvir, die denſelbigen zu regerung der vvelt dienen, in redlichen kriegen, mit den vvoffen fechten, iſt nicht vvider Chriſtlich gebot gethan: dann* Got hat vns das ſchvvert nit genommen; *aber* den geyſtlichen hat er eyn ſchvvert des heiligen geyſtes, *das iſt*, das vvort gottes, damit zu ſtreyten, gegeben, *vnd* ſanct Peter das eyſene ſchvvert heyſſen an ſey ſtat ſtecken. *Wællen ſy nun nit mit dem* vveltlichen ſchvvert *berürt ſein, ſo vver ye auch billich, daſs ſy ander leüt damit vngeſchlagen lieſſen. Dann ich achte, vvenn ſy aus yrem ſtandt treten, daſs ſy ſich yrer freyheyt, der ſy ſich berümen, vorzeyhen, vnd fürter mer nit getræſten mægen, daſs ſy auch,* vvie ſy ſich halten, alſo von andern gehalten vverden ſœllen, vnd ſy yn mitt der maſs, darmit ſy andern meſſen, vvyderumb auch zu meſſen. *Sol man, ob ſchon billiche vrſach vvær, vvider Bapſt vnd Biſchoff nit kriegen,* vvarumb haben denn etliche

hundert

hundert jar her die bapſt groſſe krieg gegen den Rœmiſchen Keyſern, den ſy doch, als Chriſtus angezeigt, Petrus vnd Paulus geheyſſen haben, ernſtlich vnderworffen ſein ſolten, auch andern Chriſten Fürſten, zum teil durch ſich ſelbſt, zum teil durch anhetzung anderer, gefürt. Warumb haben wir ſy bey vnſern zeyten vnauſſprechliche mœrderey, vnd erbærmliche blutuergiesſen machen geſehen? Warumb hat vor vvenig Jaren der blutdhund Julius nahet die ganntzen Chriſtenheytt in eyn gemeyn mœrderey, vnd leüt vorderbung vormüſcht, vnd gekuppelt? Warumb haben nehſt die Bæpſt, das ich vnd anndere geſehen, viel frommer Burger zu Rhom, Senis, Bononien, vnd anderſvvo, vmb daſs ſy eyner annderen Partheyen gevveſen, kœpffen vnd hencken laſſen? Warvmb hett der allerheyligſt Leo, auff daſs er ſeinen vetern Hertzog machte, den rechtlich regierennden Fürſten vonn Vrbin mitt gewaldt, vnd dem ſchvvertſchlag vortriben (s). Warumb hatt auch derſelbig ſeyns bruder vnd mitt Apoſteln etz-

(s) vid. ſupra p. 81.

liche Cardinæl vor zvveyen Jaren ertœdten laſſen? *Vnd daſs ich auch meyn ſelbſt nitt vorgeſſe*, vvarumb ſchickett dann derſelbig zornig Leo von Rom heraus, vnd heiſt mich ym, auf daſs er ſeyn tyranniſch ſchvvert mit meinem vnſchuldigen blůt nytzen, oder vielleicht noch ein bœſers begynnen mœge, gefangen gen Rom zu ſchicken? *Iſt diſs die freyheit, darbey vvir ſy halten vnd beſchirmen ſœllen? Seind diſſes die* geſalbten gotes, an die niemant hand legen ſol? *ja ſag ich mer*, ſeind die alſo leben, geiſtlich zu nennen oder zu halten? *Thut auff evver augen ir* blinden vorfürer der vvelt, *vnd erkennet, vvas ir mich fragen ſolt, oder vvas mir von eüch gefragt zu antvvurten gebürt. Ich beſorge, ir ſeyt nit aus zorn der menſchen, ſondern durch die geſtrenge gerechtikeit vnd vrteil gotes, dem ſchvvert der rach ergeben: vvievvol ich den gelerten auszulegen gib* die vvort Chriſti, *do er ſagt:* vver mit dem ſchvvert ſchlecht, vvürt damit vvyder geſchlagen vverden: *vnd das* in Apocalipſi *geſchriben ſtebt:* der andere in gefencknus hat gefürt, vvirt vvieder gefangen vverden; vnd der mit dem ſchvvert gemordet hat, vvirt mit dem

ſchvvert ermordet vverden. *Auch gib ich eüch zu bedencken*, vver bedeütet vverde durch die groſſen huren Babilon: *von der im ſelbigen buch geſchriben ſtet: vnd vvirt genent* ein muter aller vnkeüſcheit, vnd abſchavvung der erden: auff der ſtirnen geſchriben ſtet die gottes læſterung, *vnd vvie dieſelbig* Babilon *verdammet vvirt: darvon eüch zu vor* doctor Luther geſaget hat? *vnd ob ir die ſeyt, von den doſelbſt geſchriben*, daſs yn vverde zu trincken geben von dem vvein des gœttlichen zornes, aus dem becher ſeiner vnvvilligkeit? *Jch laſs auch andere auslegen, von vvem geſagt ſey durch den* Propheten Eſaiam 1. c? Wo ir nit vvolt, vnd vverd mich nit hœren, ſol euch das ſchvvert hinnemen. Dann der mund gotes hat geredt: vvie iſt die getrevve ſtat, *das iſt die kirch gotes*, zu einer huren vvorden? Etvva iſt ſy vol gerichte gevveſen, vnd gerechtigkeit ruvvet in jr. aber ytzo dy mœrder. Dein ſilber iſt vorvvandelt in ſilbern ſcheürn, vnd die vveinſchencken miſchen yren vvein mit vvaſſer. *vnd vvas* Ezechiel *meine, do er red zu den* bergen Jſrael, *das iſt*, zu den œberſten der kirchen *alſo?* Nempt vvar,

Q 2 ich

ich vvil über eüch füren das ſchvvert, vnd die hœchſten aus euch wil ich zerſtrewen vnd verderben. Evver altar vvil ich vorvvüſten, vnd evver biltnus müſſen zerbrochen vverden &c. vnd dann vverd ir erkennen, daſs ich der her bin. *Auch derſelbig* Prophet *an einem andern ort alſo:* Diſſes ſpricht der herr, vve dem hirten Jſrael, die ſich ſelbſt vveden, &c. vnd darnach ich ſelbs vverde rechenſchafft ſitzen mit den hirten, meine herd von jren henden abfordern, vnd ſy machen, dieſelbigen fœrter mer nit hüten: vnd die hirten vverden vort an nit mer ſich ſelbſt vveiden: dann ich vvill mein ſich erlœſen von yrem mund, auf daſs es jn vœrter nit mer zu einer ſpeis ſey. *Oder von vvem vorſtanden vverden ſœllen die vvort des* Propheten Oſee 7 ca. Sy haben angeruffen Egipten, *das iſt die vvelt*, vnd ſeind nachgegangen den Aſſiriern, *das iſt haben ſich mit frœmbden ſachen bekümmert*, vnd vvenn ſy vverden auffbrechen, vvil ich über ſy ausbreyten mein netz, vnd ſy einziehen, als den vogel des luffts. ich vvil ſy ſchlagen nach gehœr irer vorſamlung. vve yn daſs ſy mich verlaſſen

haben,

haben, ſy müsſen vorvvüſtet vverden: dann ſy haben vvider mich übertreten, ich hab ſy erlœſt, vnd ſy haben lügen vvider mich geredt &c. *Vnd bald darnach:* yre œbriſten vverden fallen von dem ſchvvert, von dem grymm yrer eygnen zungen. *das* S. Hieronimus *von den* Ertzketzern *vnd der* falſchen kirch *beiſt vorſtanden vverden. Was vvil aber der* prophet Amos, *do er ſpricht:* Jch ſach den herren auf einem altar ſtehen, vnd er ſprach, ſchlag die thür ængel, auf dafs ſich die ober ſchvvellen bevvegen: dann der geytz iſt in yr aller heüptern, vnd darvmb vvil ich den letſten von yn mit dem ſchvvert ſchlagen, ſy mœgen nit entfliehen &c: *vnd bald darauf:* Jch vvil dem ſchvvert gebieten, es muſs ſy ertœten. *Fürvvar vvorden etliche von* Job *gevvarnet in diſſen vvorten:* fellhet von dem angeſicht des ſchvvertes: dann das ſchvvert iſt eyn rach der bosheiten: vnd vviſſet, daſs gericht iſt. *Was meynt dann der* prophet Naym *ſagend:* der Levv hat genugſamlich ſeinen vvelfen zu gefangen, vnd ſeinen levvin gemordet: er hat ſeine hœlen vnd rulœcher mit raub erfüllet. Nym

vvar, ſpricht der herr, ich komme zu dir, vnd werd bis auff das hœchſt anzünden deine wægen, das ſchwert wirt hinnemen deine hewlin, vnd ich werd abtreiben von der Erden deinen raub &c. *So ſpricht* Zacharias *am XI ca.* Nempt war, ich wil einen hirten erwecken auff der erden, der wirdt die vorlaſſenen nit beſichtigen, das zerſtreüt nit ſuchen, das zerſtoſſen nit heylen, das ſtechend nit erneren, ſonder das fleiſch der feyſten eſſen, vnd ire klaen zebrechen. O hirt vnd abgot, der du verlæſt die hert, das ſchwert muſs auf ſeinen arm, vnd auf ſein rechtes aug. Sein arm muſs in verſchvvindung ausdorren, vnd ſeyn aug muſs verduncklende erfinſtern. *Es ſpricht auch* Malachias: der herr aller kriesuœlcker ſagt: O ir prieſter, an eüch iſt diſſe meine vverbung, vverd ir mich nit hœren vvœllen, vnd evver hertz dahyn ſetzen, daſs ir meinem namen Er gebt, vvill ich vnder eüch ſchicken armut, evver gebenedeyung vormaledeyen: vnd darumb vvil ich die vormaledeyen, daſs ir evver hertzen nit hapt dahin geſetzt. *Diſſe, vvie geſagt, laſs ich die vorſtendigen auslegen. Hab es aber*

darumb

darumb angezeigt, daſs ir evver ſach vveiter bedencket, vnd nit alſo für vnbillich achtet, ab ich ſag von dem ſchvvert, *vnd* hand anlegung. *Dann dievveil ich ſehe, daſs* getrevvér rat, *vnd* brüderliche vormanung *bey eüch nit angeſehen: hab ich glauben, es ſy vonnœten, vt gotes wil, daſs man euch mit der* eyſenen ruten *regire, vnd euch, wie angezeigt, mit dem* ſchvverdt der rach *begegnen.*

Warauff ich mich in allem meynem ſchreiben diſſer ſach halben vorlasſe.

Weiter zeigen ſie an, mein ſchreiben ſey anders nichtes, dann ein vveibiſch geſchrey, vnd vnnütz ruffen, darmit ich leichtfertige leüt, vnd ein loſs geſind an mich hencke, auff die allein ich mich dann, vnd nit auff grund der vvarheit, verlaſſe: alſo, daſs ſy mir nit mitt vornunfft, oder ſitlich, ſonder mit vngeſtumikeit, vnd freuelich meinen mutvvillen ausfüren helffen. *Darzu ſag ich wieuor,* vveyſs ich meiner ſachen grund, vnd kan meine ſchrifft mit der vvarheit bezeügen oder nit, das hette ſich in vorhœr, in der ich mich vor Key. Mt. beyde ſchrifftlich vnd auch durch trefflicher

hochgelerter perſonen vverbung erbotten, bevveyſen mœgen. *dievveil aber meyne widerwertigen ſollichs vorbindern, vnd nit leyden mœgen, daſs ich oder ein ander in diſſen oder dergleichen ſachen vorhœrt werden, ſonder vnderſteben Key. Mt. vnd die teütſchen fürſten dahyn zu reden, daſs ſy mich vnd andere vngehœrt vnd vnuorantwurt, on erkantnus gewaltiglichen vordammen, vnd alſo dem zornigen bapſt mit vordruckung vnſerer vnſchult hofieren. gib ich yderman zu achten vnd erkennen, warfür vnſere ſach zu halten ſey. Sag meinet halben* vvas ich geſchriben, vveiſs ich mit der vvarheit vnd als ein redlich man zu vorantvvurten, vnd ſol ab got vvil kein Curtiſan den lieben tag yemer erleben, daſs von vorſtendigen vnd vnperteyiſchen mich die ſchrifft zu der vvarheit gezogen, vnd fælſchlich eingefürt haben, erkant vnd beibracht vverde; dann ich vveiſs meines ſchreiben, hoffe ich, guten vnd veſten grund. *das ſol ſich alſo, wo diſſe ſach ye zu erkantnus kompt, vnd ob got wil, anders nit ſynden. So verlaſſe ich mich deshalben nit, vvie ſy ſagen, auff die* angerüffene reüter *vnd* landsknecht, *als mit dem* ſchvvert *zu kriegen, ſondern auff* die

gœtli-

gœtlichen vvarheit, *vnd* bevverten ſchrifft, *als mit der* feder *vnd* mund *zu fechten. So ich aber von yn vorgvvaltiget, vnd zu keinem recht gelaſſen, ſondern mit einer tyranniſchen macht vberfallen vvurde, ſœllen ſy, ob got vvil, etvva ſehen, daſs ich nit, vvie ſy mir vorkerlich ausgeben, einen* loſen leichtfertigen hauffen, *ſonder* erber redlich *vnd* dapffere leüt *an mich gehenckt hab.*

Wie mich die Curtiſanen vnd yre anhænger gern ſchelten vvœlten.

Vber daſs ſy mein bücher vnd ſchrifft nit gut ſein ausgeben, *ſuchen ſy vveiter* mein leben zu ſchelten, vnd mich zu ſchmehen: *vrſach, vnd daſs man yren ernſtlichen fleiſs erkennen müge, ſeind ſy von der ytzigen zeit meines alters an biſs in mein erſte kintheit etvvas zu erlernen hinder ſich gegangen: vnd hær yderman vvas ſy ausgegrüblet: damit ſy mich zu behænen vormeinen.* Etvva in meiner jugent, næmlich do ich eylff jar alt gevveſen, haben mich mein vater vnd muter, aus andæchtiger guter meinung, in den ſtifft Fulda, mit dem fürſatz ich ſol darinn verharren, eyn münch ſeyn, gethan: davvider ich dann zur ſelbigen zeit nit gemocht: hab auch, als zu ermesſen,

meſſen, das vorſtentnus noch nit gehapt, daſs ich hete vviſſen mügen, vvas mir nütz vnd gut, vnd vvarzu ich geſchickt vvær. Do ich aber ein vvenig das leben erkandt vnd mich bedæucht, ich vorvvüſte mich meiner natur in eynen andern ſtand vil baſs got gefællig, vnd der vvelt erbarlich zu dienen, hab ich mich als noch mit keiner Profeſs oder gehorſam vorbunden oder vorſtrickt: vvie dann tæglich von vielen hœhren, gleich vnd niders ſtands, beyd mans vnd fravven perſonen, geſchicht, vnd nye für vngevvœhnlich geacht gevveſt, daraus gethan, vnd andern dingen, die ich mich zu vorvveſen geſchickter geacht, nach gegangen. *Diſſes haben meine feünd die Curtiſanen, vnd ire anhænger, vver die ſeind, geſchœpft, vnd geben, vvievol noch heimlich vnd hinder meinem rucken von mir aus,* ich ſey ein münich gevveſen, *haben auch an vilen œrtern giſſtige redt daruon gehapt, vnd nachdem ſie die ſach nit vvie an jr ſelbſt, ſonnder als ſælt ich* gehorſam oder Profeſs gethan haben, *fürgegeben, haben ſy mich hiermit in ein nachred zu bringen vnderſtanden* (ſſ). *Nun*

(ſſ) Quum aduerſarii viuum adhuc Huttenum conviciis

Nun darff diſſes ding keiner vveitern entſchuldigung: dann ich vvil es vveder verglümpffen noch vorſchœnen, ſonder an ym ſelbs laſſen, vnd einem yeden zu ermeſſen geben, ob es mir eynicherlry vveiſs vorkerlich mœg geacht, oder als ein ſchmach auffgelegt: ob ich auch von yemant derhalben mœg geſcholten, geſchmacht, oder auch veracht vverden. So iſt es anders nit ergangen, dann vvie ich ytzt vorzelt, das ich auch mit lebendigen leüten bevveyſen kan. Vnd ſœllen vveder die Curtiſanen, noch yemant ander ymmer beybringen, yn ſoll auch er vnd gut darzu gebrechen, daſs ſy mit eyniger vvarheit be-

viciis eiusmodi proſcindere ſuſtinuerint, quid mirum, ſi & Manes ipſius talibus conſectari auſi ſunt. Non *Varillaſius* modo, vt P. I, p. 77 (tt) & ſupra p. 125 (m). oſtendi, *Huttenum ſacrorum ordinum deſertorem exſtitiſſe*, criminatus eſt, ſed *Chriſtoph. Browerus* etiam eius generis ignominiæ notam nomini eius inurere contendit, quando *Fuldenſ. Antiquit.* lib. IV, p. 337, ſcribere haud erubuit: *Fuit* Huttenus *Monachus Fuldenſis, & vitam in ærumna maxima, morbis & egeſtate clauſit.* --- *præclare b. Auguſtinus: Non expertum ſe peiores, quam qui in Monaſteriis cecidiſſent.* Quam inepte idem *Browerus* hunc *Horatii verſum*,

Sed tacitus paſci, ſi poſſet, coruus, haberet
Plus dapis, & rixæ minus,

Hutteni candori adcommodauerit ibi, plena hac pietatis defenſio ſatis refellit atque coarguit.

bezeügen, daſs ich ye in einem orden Profeſs oder gehorſam gethan, oder aber ye in meinen vorſtendigen jaren, in eynig regel, oder geyſtliche ſtifftung vorvvilliget hab. *vvysſen aber ſy oder ymandt das anders, mœgen vnd ſœllen ſy das anzeigen. beger auch gantz von hertzen, daſs ſy es thun, vnd wil yn albie zugeſagt haben, welcher das mit der vvarheit thut, ym darum nit feindt zu ſein, yn des auch in keinerley vveg oder geſtalt, nichts ausgenommen, yemer zu entgelten laſſen: das vvil ich ym alſo zugeſagt haben. So hat ſich die ſach nit alſo ausvvendig lands, daſs die zu erfaren oder bekündigen ſchvver ſey, begeben. hierumb ich beger, daſs ſy offentlich, mein vnd aller menig daran vnuorſchont, anzaigen*, vvie ich ye ein münch vvorden, oder vnder vvelchem apt, prior, propſt, oder dechent, ich profeſs oder gehorſam gethon, oder aber, vver mich ye eingeſegnet oder geweicht hab. *vviſſen ſy das aber nit zu thun, vnd haben ires ſpeyens keinen grund, ſo mœcht ich leiden, daſs ſy mich nitt mitt der vnvvarhaytt ſchülten, auff daſs ich nitt zu beſchirmung meines gerücht yn zu antvvorten, vnd ſy vviderumb, aber mit der vvarheit zu ſchelten vnd zu ſchmehen vorurſacht vvurde.*

Dann

Dann biſher, vvievvol ich Curtiſaniſchen namen vnd vveſen von natur vnd eigenſchafft meins gemüts gantz feind vnd zu vvyder bin: *hab ich dennoch der namen, mit reden vnd ſchreiben verſchont: in gemein das übel, vnd nit inſonderheit die perſonen angezeigt. hiemit vvill ich ſollichen* vvinckelſchellern *vnd* ſpeyguœgeln *diſsmal geantvvurt haben.*

Wie mich nechſt ein groſſer Curtiſan übel geſcholten hat.

So iſt mir auch geſagt, vvie mich nit vor lang ein groſſer gevvaltiger Romaniſt *übel vnd an mein er geſcholten hab: namlich* ein bœſsvvicht *vnd* vorræter *gebeyſſen: vnd vvie vvol er gar nichtes angezeigt, vvo oder vvann ich je* bœſsvvichts ſtuck *oder* vorreterey *geübt, hat er doch geſagt,* ich ſey vvert, daſs man mich in vier ſtuck ſchneite, vnd durch vier land andern zu einer vvarnung auſsſchicke vnd teyle; *mich darneben vorflucht, vnd auf das hœchſt gelæſtert vnd vormaledeyt. aber vnder andern hat er gantz für ſpœtlich vnd mir vorvveyſslich geacht*, daſs ich mich vmb aller teütſchen vnſers vatterlands vvillen auch in den todt zu geben erbiete, als ob ich, (*iſt zu achten*), eins

eins ſollichen erlichen todts nit vvirdig oder vverd ſey: *mich gantz zu vorvverffen, vnd* als ein grindig ſchaff, der gantzen gemein zu gut, hinvveg zu thun *gemeint. mich auch vveiter dafür ausgegeben, als ſey ich* ein ſœllicher, des ſich billich fromme, redliche leüt entſchlagen, vnd in gemeynſchafft zu haben ſchæmen ſollen. *Diſſe vnd dergleychen ſchmæch vvort vnd laſter red hatt er gantz frey, on allen bedacht vnd vornunfft, an maſs vnd geſtalt, als auſs einem vollen hertzen, hinder mir auſsgegoſſen. Dieweil ich nun nit vveiſs, vver derſelbig bidersman iſt: kan ich ym auff ſein ſchelten vveiter nichtes antvvorten, dann ich ſprich,* er thut mir vor got vnrecht, dann ich byn keynem bœſsvvicht, noch vorreter nie holdt vvorden. *daſs ich ym aber feind vnd gehaſs, bevveyſt ſich zu guter maſs in diſem* Curtiſaniſchen handel, *vnd hab nie dermaſſen gehandelt, daſs ich ein ſœlliche grauſame ſtraf vordient: bin auch dermaſſen nie geſcholten, oder auch (hoffe ich) vordacht gevveſen, vnd ſol ſich ob got vvil nymmer mit der vvarheit finden, daſs ich ein ſœllicher ſey, oder dafür ye gehalten. Wo aber er, oder ymant, etvvas anders von mir ſagen, vnd mich nit heimlich, daſs es, mir*

vorhal-

vorhalten, ſonder offentlich, daſs ich das hœren oder erkennen müg, ſchelten vvurden: Kan ich mich dann nit vorantvvorten: ſo vve mir! daſs ich ye ein buchſtaben ſchreib, ye ein buch laſs, ye zur ſchulen gieng: ja daſs ich ye geboren vvart, ſo mich alſo vil guter künſt nit vveiſen; ſo viel heilſamer geſchrifft, in den ich (on rum zu reden) vmbgangen nit leren; ſo vil gelærten, bey den ich geübt; ſo viel redlicher leüt, bey den ich gevvont, mit guten vndervveyſungen vnd beyſpilen nit haben von ſœllichen bœſen ſiten abzyehen, vnd zur Erberkeit reyzen mügen. *Hierumb ich denſelbigen Curtiſanen ytzo ermant haben vvil: dunckt er ſich fromm vnd redlich, darff, vvas er hinder einem redt, ym auch fürvvarts vnd vnder augen ſagen, daſs er mit ſeinem ſchelten herfür trette, vnd alſo von den ſachen rede, daſs man vviſſe, vvas, vvo, vnd vvan; vnd mir, vver mich geſcholten, lenger nit vorhalten bleib. Thut er das nit, vver dann ſoliche vvort von ym gehœrt, oder noch fürter hœren vvürdt; den vvil ytzo vmb gotes vnd aller eren vvillen gebeten haben, daſs er ym diſſes mein erbieten vnd ermanung für halte, vnd yn der erindere. vvil er ſich dann nit erfür thun,*

daſs

daſs er yn anders nit, dann vvie er mich geſcholten, einen vorræter *vnd* bœſsvvicht, *vveyter auch für ein* dibiſchen vorræteriſchen er abſchneiter *achten vnd halten vvall, biſs ſo lang er ſeines ſcheltens bekenne vnd ſolliche ſtuck auff mich bringe. Jch vvil auch hier neben alle menſchen ingemein vnd eyn yeden inſonderheit, vvie vor, gebeten haben, vvo mich etvva ſunſt einer dergleichen oder ander vveiſs hinder meinem rucken ſchelte, oder ſchmæcht: daſs ſy aus menſchlichem mitleiden, barmhertziger zunegung, mir daſſelbig anzeigen vvœllen, vnd in keiner andern geſtalt, oder meinung, dann vvo mir vnrecht gerecht, daſs ich mich, als billich, entſchuldigen mœchte, vnd vorantvvorten, oder aber, vvo ich ſchuldig vnd vnrecht funden, daſs alsdann die vvarheit, durch mein nitt vorantvvurten mœgen, an tag komme, vnd erkandt vverde, vvas ich für ein man ſey, damit nit mancher frommer, ſo mir ytzo villeicht, auſs achtung meiner vnſchult, anhængig iſt, betrogen vverde: das vvil ich vmb ein yeden, vvomit mir ye müglich ſeyn vvurt, zo vordienen alzeit bereit, vnd von hertzen vvillig gefunden vverden. Welche zeit mir den daſs mich einer geſcholten hab fur kompt, vvill ich demſelbigen (ob got vvil) ſo fern mir müglich, der maſſen begegnen, daſs erkent*

vverden

vverden ſol, ich hab nichtes, das einen frommen rittermæſſigen man zu entſchützung ſeiner ern vnd gerüchtes gezæme, vnderlaſſen, *daran ſol niemant zvveifelen.*

Beſchluſs.

Alſo vvil ich mein fürſatz vnd meinung, die auch anders nitt iſt, auff daſs nit falſchem vnd ertichtem aufgeben der Curtiſanen geglaubt vverde, zu erkennen gegeben haben. Bitte hierneben das ſelbig alſo gütlich zu vornemen: vnd inſonderheit alle frommen geiſtlichen, *mich auſs vordacht zu laſſen, vnd nit allein ſich nichtes bœſes zu mir, ſonder alles libs, dienſts vnd guts zu vorſehen: dann ich (deſs ſey got mein gezeügen) des vvillens oder meynung, vvie ſy von mir ausgeben, nie gevveſt, auch noch ſein vvil, ſonder vvas ich hierinn gethan oder noch zu thun gedencke, hab ich alles der* vvaren geiſtlichkeit vnd erlichen prieſterſchafft *zu nutz vnd gut angefangen. Hierumb ſœllen ſich* alle fromme prieſter *vnd* geiſtlichen *diſer ſachen freüvven, vnd yn gar nit zu vvider achten: dann ich hoffe, es ſol einen guten nutzlichen ausgang gevvinnen. Solt es aber anders ausgeben, vver mir von hertzen leit: vvœlt das auch, vvo oder ſo vil ich ymer mœcht, mit allem fleiſs, arbeit, vnd meinem leib vorhüten vnd vorkom-*

men. vvil mich hiemit allen frommen beuolhen, vnd yedermann gebeten haben, zu behertzigen, was vngebürlichs vnchriſtlichs weſens die Curtiſanen bisher vnd noch, zu ſchmach Chriſtlichs glaubens, ergernuſs des gemeinen volcks, vnd verdœrblichen ſchaden teütſcher Nation getriben. vvie vnauſſprechlich groſs beſchwernus durch ſy auff vns gelegt, vil frommer, geſchickter perſonen vorhindert vnd zuruck getriben: wie erbermlich auch zu ſehen, daſs die geiſtlichen lehen, ſo vnſere ælltern von jrem ſchvveiſs vnd blut geſtifft den merer teil nit von geiſtlichen leüten, ſonder wie man ſeht, ſchalckhafftigen, bœſen, erloſen, vntrevven buben inngehalten, vnd doch nitt, daſs ſy die beſyzen vnd vorvveſen, ſonder von einem ort zu dem andern penſion vnd abſentz fordern vnd ziehen: vvie auch die pfarren, darauff ſelen vværter das Chriſtlich volck mit predigen vnd leren zu vorſorgen ſitzen ſolten, vnd ires ampts tæglich vnd næchtlich pflegen, itzo von vntüglichen vnuorſtendigen ingehapt: die dann vnterpfarrer an ir ſtatt ſetzen: den ſy zu auffenthalt jærlich drey pfennig reichen.

vnd

vnd vverden alſo die pfarren nit gnugſamlich vorvveſen. dann vvo man vvol, als offt die pfarren groſs einkommens haben, einen hochgelerten vnd ſchrifftuorſtendigen haben mœcht, vvürt zu eynen hirten geſetzt ein freyer ſtoltzer junckher, der etvva ausvvendig lands nymmer die ſchaff zü vveiden gedenckt, ſonder befilcht ſy dem taglœner: den er vmb die drey pfennig gedingt hat. derſelbig helt für kœpffern gelt kœpffern ſelmeſs: vvie auch auſs ſollichem gefolgt, daſs ytzo nahet all ding in der geiſtlicheit auf gevvinn vnd gelt zu erſchætzen ſteht: dann vvie die vnſern von den Romaniſten geſchætzt, alſo ſuchen darnach etliche vveg daſſelbig hier auſſen vvider einzubringen. Alſo daſs man leyder bey den kirchen mer vnd ſchœdlicher vvucherer vnd rœuber, dann in den vvælden, vnd ſtrechen findt. das vvœll ein yeder bedencken, vnd auch ob gut ſey, daſs vvir dem bapſt, ſeinen Cardinælen, vnd andern vvollüſtigern zu Rom vnſer gelt, das vvir hieauſſen ſchvvætlich mangelen, hinvveg geben, vnd ſy vns billich die gotes gnad, vvyder Chriſtus vnd der A-

poſtelen ler, auch der heiligen Concilien ordnung, vorkaufft oder feyl biete, vnd vvas teütſchen land jærlich vnd tæglich dem Rœmiſchen geltſchlund zu ſchieb vnd trag, ob vvir das nit billicher zu vnſerer notturfft bey vns behielten, liesſen yn dargegen yr aplaſs vnd bullen, damit ſy byſsher die gantzen Chriſtenheit geblendt, geæft vnd vorfürt haben, vileten: biſchoff, die vvir ir ampt zu vorvveſen geſchickt vvüſten, vorſorgten die mit mæntel vnd rœcken, daſs ſy die nit zu Rom vmb X, XX oder XXX tauſent gulden kauffen dœrffen. *dann vvenn man ſœlichs bedencken, vvürt man ſpüren vnd finden, daſs* ich ein erbar, gut meinung für hab, vnd es gern vvœlt gut ſehen mit vns allen. *das hab ich alſo in guter meinung zu vörſtehen geben vvœllen. Got der almechtig ſchaffe, daſs es ſich alles zum beſten ſchicke. das vvill ich on vnterloſs bitten vnd begeren. Amen.*

Fortiſſimam hanc *& inuictam innocentiæ nominisque ſui defenſionem* anno CIƆ IƆ XXII emiſiſſe *Huttenum*, ſuſpicor: quo edidiſſe eum, P. II (ſt) indicaui, *Libellum*, ſ. *Epiſtolam* inſcriptam *Ein demütige Ermanung an*

(ſt) p. 220.

an ein gemeyne ſtatt Wormbſſ von Vlrich von Hutten zugeſchrieben. qua grauiter de *iisdem calamitatibus* eſt conqueſtus. Idem annus fuit, quo, vt eadem P. II fuſe commemoraui (t), quo *Franciſci de Sickingen, Herois* toties in ſingulis Commentarii huius Partibus a me prædicati, *res ac fortunæ grauiter adfligi cœperunt.* Hiſtoriam, quam XIV paginis perſecutus ibi ſum, quam maxime illuſtrat *Caſp. Lerchii a Dürnſtein* Liber de *S. Rom. Imperii Nobilitatis Antiquitate, Dignitate, Libertate & Iuribus*, ſupra laudatus (tt): vbi *verſus* illius, qui *Numiſmati, in memoriam reconciliationis Maximiliani Imp. gratiæ &* eiusdem *Sickingii, anno* *cIↄ Iↄ xviii fuſo*, inſcriptus eſt:

Armis Mercurium ſi non præponas, maxime Cæſar,
Semper eris victor, fauſtaque regna tenens.
Cole Deum, exin publica arma, iuſtumque tuere.

Huttenus noſter *auctor* ſtatuitur (u). Equidem non habeo, quod in his refrager: at ſine negotio refutari a me poſſent hæc, quæ idem *acerrimus Dignitatis Libertatisque*

R 3 *German.*

(t) p. 223 ſeqq. (tt) p. 183, not.
(u) *im II Grundt-Satz* n. 144, p. 444.

German. Nobilium propugnator, Lerchius, ſcripſit (v): non quidem tam priores, quam poſteriores huius, de *Sickingii religione vitaque exitu* adfirmationes, conuelli facile poſſe, mihi videntur. *Wie nun dehme, ſo ſeynd etliche Hiſtorici in dem Jrrthumb, als vvære* Franciſci *Krieg vnd Handlungen, eine fürgehabte gemeine Reichs Rebellion, vvegen* Lutheriſchen Glaubens Einführung *geweſen, vvelches jedoch vveder bevveiſslich, noch befindlich iſt. dann in vorigem gedrucktem* Bericht, de anno CIϽ IϽ XV *außdrücklich gegen* Vffruhr, Empœrung, vnd Einführung Vbels, *œffentlich er proteſtiret. Desgleichen in anderem einem gedruckten* Büchlein, von Frantzen von Sickingens Execution durch Caſparum Sturm, Ehren-Holden, genannt Teutſchland: *den drey exequirenden Chur- vnd Fürſten,* Reicharten, Ertz-Biſchoffen zu Tryer *obgemeldt, auch* Ludvvigen Pfaltz-Grafen; *beyden Chur-Fürſten, vnd* Philipſen Land-Gräfen zu Heſſen, *als* Sickingiſchen Executoren, im Jahr CIϽ IϽ XXIII, *dedicirt, vnter anderm* Franciſci von Sickingen, *als er in außſtehender Belegerung, zu* Landſtuel, *durch Beſchiesſung*

(v) ibidem.

ſchiesſung des Schloſſes tœdtlich vervvundt, vor ſeinem Tod geleiſte Prieſterliche Beicht erzehlet vvird, daraus ſein angeerbter Glauben, Catholiſch Hertz, vnd actus confeſſionis in agone, (vvie dann die Herren Executores keinen Lutheriſchen Prædicanten, *als deren damahls vvenig oder keine gevveſen, zugelasſen haben vvürden) zu erkennen. vnd das rebellionis ſcomma zu vernichten iſt. Vnd ob vvohl* Cyriac. Spangenberger *Part. II, lib. VI, cap. IX mit etlichen Actibus anzeugt, er* Lutheriſcher Opinion *gevveſen ſeye: bin ich jedoch der Meinung, vvofern ichtvvas dauon bey ihme eingeſchlichen ſeyn ſolte, ſolches mehr politice, nach des* tapffern, in ſtudiis trefflich geübten Reichs edlen Vlrichs von Huttens *Wohn, vvegen beſorgter Teutſchen Adels Libertets Subiection, als præciſe der alten Catholiſchen ſeiner Vhr-Eltern Religion zu vvider aufgefaſt, vnd allerhand derentvvegen beſonders Einbildungen bey ſich, als ein runder Teutſcher Kriegs-Held, ohne Theologiſche ſpitzfündt gehabt haben mœge.* Aliter prorſus ſenſuros illos, ſpero, qui ea, quæ de fortiſſimi huius Herois inſigni prorſus pietate P. II (x) commemoraui, legerint. Non modo *Cyr. Spangenbergium,*

 atque

(x) p. 225, ſeqq.

atque *Huttenum*, ſed complures alios teſtes adduxi, qui confirmant, *Sickingium ſerio & ex toto animo puriorem religionem eſſe amplexum:* qui parum curauerit, quod minus bene a multis audiuerit, *quod Lutheri eſſet partium* (y): *cuius ſcripta ac veritates penitus*, *Hutteno* teſte (z), *animo ſuo imbiberat.* verboſam adeo epiſtolam ad *Socerum ſuum, Theod. de Hendſchuchsheim, anno* cIↃ IↃ XXII, qui mortem ipſius anteceſſit, patrio ſermone ſcripſit, animum eius in *veritate purioris religionis* confirmans (a). Niſi huic penitus deditus fuiſſet *Sickingius*, plane dubito, an *Henricus Schvvebelius* ad *Reynhardum a Sickingen*, *Franciſci nepotem*, ſcribere deinceps ſuſtinuiſſet (b): *Franciſcum hunc, inter primos Euangelii Chriſti profeſſores, veritatem Euangelicam non modo complexum eſſe, ſed etiam præter alios athletas ac religionis propugnatores contra hoſtes quoque ſuos pro aris & focis ſanguine ſuo dimicauiſſe: multos viros pietate, virtute & doctrina præſtantes, in primis inſignes quosdam Theologos, fouere*

(y) vid. P. II, p. 164. (z) in epiſtola ad *Bil. Pirckheimerum* ſcr. P. II, p. 209.

(a) P. II, p. 226 (tt). (b) in dedicatione, qua ei *Aui* ſui, *Io. Schwebelii, Epiſtolas* inſcripſit. vid. P. II, p. 226, 227 (u).

fouere ac alere veritum non eſſe: vtpote qui ad ipſum, tamquam ad ſacram ancoram, & triſtiſſimæ Pontificiæ perſecutionis tutiſſimum aſylum, confugerint, & erga quos ipſe incredibili amore, beneuolentia adiuuandique promptitudine mirifice flagrarit. Inter hos fuiſſe *Caſparum Aquilam*, *Auguſtanum Patricium*, *Martinum Bucerum*, *Ioannem Schvvebelium*, *Ioannem Oecolampadium*, alios, P. II (c) comprobaui. Quæ quum ita ſint, neſcio ſane, quid in mentem venerit *illuſtri Caſp: Lerchio*, ſtatuenti, *paucos tum, vel nullos, verbi divini Miniſtros, qui Lutheri partes ſecuti ſint,* (*Lutheriſche Prædicanten*) *exſtitiſſe*. Plura, quæ ad *ampliſſimas ſummasque Franciſci Sickingii, diuini prorſus Herois, laudes* ſpectant, proferre nihil attinet. In ſingulis de *Hutteni Fatis* Commentarii Partibus attingendas eas cenſui, quum huic, quoad vixit, tam fauerit, quam qui maxime. Vtinam ætate noſtra diuini iſtius Herois poſteri ipſius inſiſterent veſtigiis; nec tam infeſtos atque acerbos puriori religioni addictorum oppugnatores vexatoresque ſeſe præberent, quam acrem & conſtantem propugnatorem eorum de-

R 5 fenſo-

(c) p. 227, ſequ.

ſenſoremque *Franciſcum* præſtitiſſe ſe, & in hac, & in altera Parte, liquido ſatis, mea ſententia, confirmaui.

Ante calamitoſum funeſtumque Herois huius caſum *fugam Huttenum in Heluetios abſtuliſſe, longius proſpicientem inde exſilium*, P. II pluribus verbis oſtendi (d). *Baſileæ* quidem *non diu commorari huic licuiſſe*, monſtraui (e). *Mulhuſiam*, ſ. *Milthuſium*, inde abiit, vbi *Auguſtus Kremer* ad *Euangelicam veritatem* ſerio homines tum ab erroribus traducebat (f): cui aliisque piis viris, itemque Magiſtratui, *Hutteni aduentus* gratus fuit acceptusque. qui ipſe Magiſtratus auctoritate ſua prohibuit, quo minus ſeditioſus quidam homo Hutteno vim inferre potuerit: vtpote qui ædes, in quibus hic commorabatur, cum ſceleris administris atque ſatellitibus euertere ſtatuerat

(d) p. 237. 240.

(e) *per Sacerdotes ac Theologos id non licuiſſe Hutteno*, ibi adfirmaui. Hos adegiſſe Senatum, vt fidem, quam exeunte anno cIↄ Iↄ XXII Hutteno dederit, præſtare fugitarit, tutelam ei anni inſequentis initio denegans, *Io. Iacobus Hottingerus*, *in Hiſtoria Eccleſiaſt. Heluet.* P. III, ſ. Lib. VI, ad an. cIↄ Iↄ XXIII, p. 118, docet.

(f) vt idem *Hottingerus* ibidem memorat.

tuerat (ff). Et hæc ipſa vrbs eſt, vbi *Huttenus* ſuam *cum Eraſmo Roterodamo, Presbytero, Theologo, Expoſtulationem*, vt P. II demonſtraui (g), confecit.

Nihil tam fragile, tamque flexibile eſſe, quam hominum voluntatem, ſenſum atque iudicium, ipſam illam *controuerſiam* atque *diſceptationem*, quæ *Hutteno* ab illo tempore cum *Eraſmo* intercesserit, dilucide comprobare mihi videri, P. II confeſſus ſum (h). *Ampliſſimæ laudes*, quibus *Eraſmus Huttenum* cumulauit, ſupra, aliqua ex parte, relatæ denuo a me ſunt (i). nec vero & ex hac & ex altera Commentarii huius Parte obſcurum eſt, *quanti Huttenus Eraſmum fecerit*: illius in primis *Epiſtolam*, *ad Eduardum Leum* ſcriptam, teſtificari id, alibi iam indicaui (k). quam integram adferendam

(ff) & hæc *Hottingerus* ibi refert.

(g) p. 246 (ſ). (h) p. 245. (i) p. 166 (k).

(k) P. II, p. 252 (x). Prodierunt videlicet *Baſileæ ex ædibus Ioannis Frobenii* an. CIƆ IƆ XX *Epiſtolæ aliquot eruditorum Virorum*, *ex quibus perſpicuum, quanta ſit Eduardi Lei virulentia*, in 4. inter quas primum locum obtinet *Hermanni Nuenarii, Comitis, ad Eraſmum* in cauſſa hac ſcripta *epiſtola*; *Hutteni* inſerta eſt T I, 2. Eodem anno eademque forma & *Erfordiæ per Ioan. Cnappum* impreſſa prodie-

rendam decreui: quo magis adfirmatio iſta mea corroboretur, *nihil tam flexibile eſſe, quam hominum voluntatem atque iudicium.* Vlrichus Huttenus, Eques, Eduardo Leo, Anglo, *reſipiſcere. Quæ ſcripſiſti in* Eraſmum Roterodamum, *legimus hic ſtudioſi & eruditi multi, quorum neminem ſcias non infenſiſſime cœpiſſe tibi ſtatim iraſci. Eſt enim* plenus acerbiſſimi fellis liber, & exitiali refertus virulentia, ac, præter Chriſtianam manſuetudinem, ita crudelis & truculentus, vt ab homine Chriſtiano, nedum viro Theologo, conſcriptum eum pernegari facile poſſit; *Quod etſi non minus agam, quam aliorum quisquam, vicem tamen interim tuam doleo; primum qui tantum conſcire facinus in animum induxeris, deinde quod optimi viri cum infamia, famam quærere tibi*

prodierunt *in Eduardum Leum quorumdam e Sodalitate Litteraria Erphurdien. Eraſmici Nominis ſtudioſorum Epigrammata:* quæ maximam partem ab *Eob. Heſſo* ſunt confecta. cui ea *Petreius Aperbacchus cal. Maii anni iſtius* inſcripſit: cuius anni *XIII Kal. Iunii Hutteni*, vti videtur, *epiſtola* ſcripta eſt. Ediderat nempe *Eduardus Leus, Eboracenſis Epiſcopus, Adnotationes in Nou. Teſtamentum aduerſus Eraſmum.* vid. *Conr. Geſneri* & *G. Matth. Kœnigii Bibliothecæ.*

tibi adgreſſus ſis; & hac potius via, quam vtcunque aliter, gloriam captes. Quod fieri abs te potuiſſe, miror, vt, quum tot ſint ingenium exercendi occaſiones, & tu lucem hactenus fugeris, hac tam odioſa captura glorıolæ ex obſcuro tandem emergere volueris. Quæ te dementia cepit igitur, Lee, *qua exagitauit inſania, quis præcipitem egit furor, in* hominem probitate eximium, eruditione incomparabilem, *ſic impetuoſe ferri, ſic immaniter degraſſari? Non aliud maluiſti ſpecioſe exſtructum (qualia multa habet Germania) templum incendere, vt ne tuum ignoraret nomen poſteritas, quam hoc conari, vt* rariſſimum & prope vnicum Germaniæ decus, *conuellas ac aboleas? quamquam longiſſime abes tu ab iis viribus, quæ hoc poſſint. Vbi miror hebetudinem etiam tuam, qui te ſic ignores, vt* tanto *cum* heroe *imbecillis ipſe adeo congrediaris. Contra quem tamen, ſi talis alioqui viſus adhuc vlli eſſet homo, qualem tu & primus defers, & ſolus, non defutura tibi erant auxilia bonorum & doctorum hic plurimorum. Nunc quum ea ſit anteacta eius vitæ ratio, vt ab ipſo eam nemo exigat, omnes paſſim probent & extollant, eruditio vero, a qua omnes, quotquot ſunt, in Germania docti creuerint; ipſe tu, ſi ad con-*

feſſionem

feſſionem adigaris iamiam, vt ex conſcientia dicas, negari non poſſit, multum te profeciſſe: quid aliud mereri, dicemus, quam vt ob inſignem hanc ingratitudinem omnes oderint, ob ſcelus vero male multent etiam, & atrociter puniant? Siccine amentia potuiſſe ferri, vt vltro perdendum praberes? Perderis enim, perderis profecto, non illis forte, quibus deſingis meticuloſe ſuſpicari te, gladiis noſtris, ſed vindice ſtilo, & bonorum omnium ſententiis perfractus & conſciſſus. Etſi nihil adeo peccatum ab hoc dici debeat, quisquis te ob virulenta hæc conuitia, ob maledicentiam plus omni immanitate deteſtandam, in fruſta etiam diſcindat & comminuat. Quod ſi quando factum, clariſſima gens, populares tui Angli *cognouerint, licet eos, quæ fraus eſt tua, quaque peruerſitas, contra* Eraſmum *concitare ſtudeas, gaudenter tamen ferent, qui te tanto conuiciatore, ſic improbe abs ſe diſſentiente careant. Amant enim virum hunc omnes, nec amant tantum, ſed venerantur etiam & reuerenter colunt. Quare etiam ſi bene* Tunſtallos *noui*, Moros, Linacros, Pacæos *&* Grocinos *recte perſpexi, dignis te modis tractaturos ſcio, qui hanc patriæ notam inuſſeris, hanc* nomini Anglo *adſperſeris labem, vt inde egreſſus olim dicatur, qui* de toto vniuerſim orbe

orbe bene merentem Eraſmum, *primus conuiciis proſciderit, primus maledictis inſectatus ſit. Cuius tibi flagitii conſcius cum ſis, nec humiliter ſentias, ſed animam ſuperbiſſime exaltes tuam; tamen audes, vt eccleſiæ conſulas, ſcripta abs te hæc dicere & Chriſtiana vſum modeſtia prætendis, quumque non habeas, quod in illo digne reprehendas, ad maledicta te conuertis, quibus petulanter adeo vteris, vt in omnes ſimul Germaniæ doctos iaculari ea non dubites. Quis eſt hic enim, qui ad ſe non dicat pertinere hoc, quod ſcribis,*palpones quosdam ſolem hunc ſuum, ſuum ornamentum ſuumque decus adpellare ſolitos? *At nos ego dico, tantum ſemper abfuiſſe ab adulationis ſtudio, quantum tu ab omni probitate, ab omni derelictus es integritate, conſtanterque adſerere* lumen *hoc* noſtrum, noſtramque gloriam, *teque odio ſemper extremo habituros, qui nobis hæc inuideas; aliquando etiam dolorem hunc vlturos, ſi non aliter, ſcriptis certe haud te indignis. Iam hæc inſignis enim iniuria eſſet*, qui in maledictionibus ſeminaſſet, in maledictionibus eum non metere, *hominem præſertim nullius bonæ frugis, & cuius nulla vmquam cognita virtus eſt, vnde vel minimoriſtius generis diluto venia irrogari debeat?*

Quam

Quam putarem enim exſultandum tibi, ſi quid vmquam dediſſes tu boni, qui tantum in prima hac fœtura mali dare non dedignatus es? Proinde ad me quod pertinet (nam aliorum conſilia haud dum perdidici) quia ſcribis in illa maledictorum tuorum farragine; ſi quis mentitum te, aut non admodum Chriſtiane locutum deprehendat, & ſuper hoc moneat, paratum te recantare ſtatim; *priusquam in te (quod futurum alioqui prædico) irruam, moneo, quæ ſic cupide euomuiſti, non inuitus quoque vt remandas primum, ac iſtam orbi impuram tuam cantiunculam recantes; deinde ab eo, quem innocentem adflixiſti, nec tale quid meritum contemptu pariter & contumelia perfudiſti, veniam tibi exores. Hæc via declinandæ pœnæ vnica eſto.* Dico te *enim in his, quæ ſcribis,* probe mentiri, *ipſum te ſceleſtum & impurum iudico, talemque eſſe, niſi iamiam nobis ſatisfacis, poſteritati quoque teſtatum relinquam. Prædixi.* Ex Moguntia *XIII. Calend. Iunii.*

Quam grauiter Hutteni animus ab Eraſmo offenſus ſit, vel ex ipſa hac *Epiſtola* eius patet. quum videlicet contra illum, quem tanti prius æſtimauerit, talem emiſerit *Expoſtulationem*; quæ quidem *tantum virulentia*

lentiæ habere viſa eſt *Eraſmo*, *quantum in vniuerſis Germanis non eſſe*, antea cenſuerit. De ipſa hac *Hutteni Expoſtulatione*, & *Eraſmi aduerſus Hutteni adſpergines Spongia* quum XXIV circiter paginis P. II (l) egerim, nihil magnopere habeo, quod de *acriore vtroque ſcripto* proferendum amplius, putem. *Eraſmum Henricum Eppendorſium fabulæ*, *tragœdiæ potius*, *auctorem crediđiſſe*, ibi etiam monui (ll). Non enim excudi prius cœpiſſe *Argentorati* (m) *Hutteni Expoſtulationem*, quam *Eppendorſius* eo commigrarit, *Eraſmus*, inaudiuiſſe ſe, adfirmauit (n): vtpote quo *caſtigatore* excu-

(l) p. 246, ſeqq. conf. *celeb. Io. Clerici Bibliotheque choiſie*, T. VI, p. 90, 91. 101.

(ll) p. 262. (m) vid. P. II, p. 246, 247, (ſ).

(n) in *verboſa* illa *ad Io. Botzemum epiſtola*, quinque ferme annis *poſt Hutteni obitum* ſcripta, nempe an. cIɔIɔxxvIII, quæ in *Bil. Pirckheimeri Op.* pag. 293, ſeqq. inuenitur, & in *Eraſmi Epiſtolarum Leid. edit. Appendice* eſt CCCXLVI. Non de *diſſidiis* modo, *quæ inter Eraſmum & Huttenum extremo vitæ huius tempore commota ſunt*, ſed de illa etiam *controuerſia atque acerrima contentione*, *quæ Eraſmo & poſt Hutteni obitum cum Eppendorſio iſto fuit*, fuſe agit epiſtola illa. Hic enim ipſe *Eppendorſius* eſt, quo nemo vmquam *magnum Eraſmum* ad *indigniores moleſtioresque in gratiam reditus conditiones*, *cel.*

ſus ibi ſit Libellus. *B. Lutherum exoptaviſſe, vt ne Huttenus cum Eraſmo expoſtulaſſet,* P. II declaraui (o). Id vna cum *Luthero Philippus Melanchthon*, & *Eob. Heſſus* exoptauerant (p). At *Huttenus* rationem, quam

cel. Balio iudice, in *Diction.* T. II, p. 1089. recentiſſ. edit. adegit. Ipſæ iſtæ conditiones, a quibus *Eraſmus* deinceps fugit, & alia, quæ ad litem iſtam pertinent, & in *B. Pirckheimeri Op.* & *Eraſmi Epiſt. Append.* ipſi *Epiſtolæ* iſti ſunt adiecta. *Anno* cIↃ IↃ *LI Hagenoæ* denique ab *Eppendorfio opuſculum* foras datum eſſe, inſcr: *Ad Eraſmi Roterod. Libellum, cui titulus*, aduerſus mendacium & obtrectationem vtilis Admonitio, *iuſta Querela*, idem *Balius* oſtendit: quod quidem numquam viſum ab ſe fatetur, ſed longiora dumtaxat miſſa ex eo ad ſe eſſe excerpta. Conf. de *Eppendorfii*, *Hutteno noſtro coniuncti*, *fatis*, & de *contentione*, quæ ipſi cum *Eraſmo* interceſſit, *Petri Albini Meiſniſche Land- vnd Berg-Chronica*, p. 344 add. *Cyr. Spangenbergii Adelsſpiegel* P. II, p. 189 b. & P. II huius Comment. præter cit. pag. 262, p. 280. 286.

(o) p. 282.

(p) ſcripſit ſaltem *Heſſus* anno iſto, quo *Expoſtulatio* prodiit, ad *Io. Draconem*, lib. IV, *Ep. Famil. Marburgi* ed. p. 87: *Hutteni Libellum non probamus*, Lutherus, Philippus, Heſſus. --- *Malam excitavit noſter Tragœdiam. apud me quidem excuſat ſe, quod in* Eraſmum *ſcripſerit: verum hic ego nullam excuſationem accipio.* excuſauerat ſe *Huttenus* apud *Heſſum* in epiſtola, quam integram inſerui P. II, p. 237, ſequ.

quam in *diuerſis Eraſmi animi perturbationibus detegendis* iniit, & aliis, præter *Othonem Brunfelſium* (*), probauit: quandoquidem is ex *ambitione*, *inuidentia*, *timiditate*, *adſentatione*, *ſimulatione*, *leuitate*, *conuiciandi libidine*, *maleuolentia* in primis atque *inuidia erga Lutherum*, valde laborauerit (q). *conuiciandi libidinem* in *Spongia* præſertim iſta ſua *aduerſus adſpergines Hutteni* præ ſe tulit (r).

Hunc, quum *Milthuſio Tigurum*, hinc in *Tigurini lacus inſulam* abiiſſet, *an. cIↃ IↃ XXIII, exeunte menſe Auguſto, a Deo ex tot ſuis ærumnis atque ex iniquiſſima vitæ conditione ereptum eſſe, quum Eraſmus aſperrimam iſtam Spongiam vix edidiſſet*, P. II memoraui (s).

S 2 Tribus

(*) de cuius *pro Vlr. Hutteno vita defuncto ad Eraſmi Spongiam Reſponſione* actum a me eſt P. II, p. 272, ſeqq.

(q) vid. *Vnſchuldige Nachrichten* an. 1719, p. 101, ſeqq. anno iam 1715, p. 628, 629 in iisdem his Ephemeridib. mentio *Expoſtulationis* huius facta eſt: ſed minus recte coniiciebatur ibi, an. cIↃ IↃ XXIV eam prodiiſſe.

(r) quid *b. Lutherus* de ea iudicauerit, oſtendi P. II, p. 282. quando & quoties prodierit *Spongia*, indicaui p. 263, (d).

(s) p. 264. de *Hutteni morte Io. Iacobus Hottinger* in citata

Tribus quatuorve a *ſtrenuiſſimi Sickingii,*
ſummi

citata ſupra *Hiſtoria Eccleſ. Heluet.* eiusque P. III, ſ. lib. IV p. 118, ad an. cIↃ IↃ XXIII, hæc refert: *Hutten begab ſich gen Zürich; ǒnd bald hernach, mit des Einſidliſchen Pflegers Bewilligung, in die im Zürichſee ligende kleine Inſel Aufnau, ſich daſelbſt durch Herr Hans Schnegg ǒon Zürich, Pfarrer, ǒnd berühmten Artzt curiren zu laſſen. Er bediente ſich hierzu auch des Pfefers Bad, ǒnd hatte an daſigem Abt einen groſſen Gœnner. Er ſtarb den 1 Tag Herbſtmonat, im 36 Jahr ſeines Alters, in zimlicher Armuth, als den ſeine Feinde aller ſeiner Mittlen beraubet. Nach dem Tod wurd hinder ihm nichts gefunden, als eine Schreibfeder, ſamt einigen Brieffen an ſeine Freunde, ǒnd ǒon denſelbigen. Io. Stumpfius in gemeiner lœblicher Eydgenoſſenſchafft Chronicis,* ad quæ *Hottingerus* lectores ſuos ablegat, lib. VI, fol. 141 b. edit. an. 1548; fol. de *Equite* noſtro eiusque *ſepulcro* ſequentia adnotauit: *Zu alleroberiſt in diſem See, gleych ǒnder der ſtatt ǒnd prucken zu Rapperſwyl, ligt die Inſul Aufnow, darinn eine alte Pfarrkirch ǒnd etliche Heüſer. zu diſer Pfarr gehœren eins theils dœrffle, ǒnd Heuſer ab dem geſtad hineyn. Anno Dom. 1523 im End des Monats Auguſti iſt in obberürter Inſel geſtorben, ǒnd begraben* Herr Vlrich von Hutten, ein Frenckiſcher Ritter, Doctor vnd Poet: *der ſich bey demſelbigen Pfarrer hat laſſen artznen. Dieſer* von Hutten *hat auch anfencklich mit* Doctor Martin Luther *wider den Pabſt geſchrieben.* Quando *contra Pontificem ſcribere,* & *palam a Lutheri partibus ſtare cœperit,* ex Commentario hoc obſcurum

non

ſummi Patroni ſui, morte menſibus interiectis, id euenit. Duobus circiter menſibus poſt, alius ipſius *Mæcenas*, *Theodoricus*, *Epiſcopus Eccleſiæ Lubucenſis*, ſiue *Lebuſenſis*,

non eſt: ex quo etiam patet, *Huttenum vſque ad finem vitæ iisdem partibus fauiſſe.* De *die, quo obiit*, egi P. II, p. 264 (f). in hoc enim definiendo non conueniunt. neminem, præter *Hottingerum*, *Kalendas Septembres*, quibus defunctus ſit, indicare, memini. Annum *Ioſephus a Pinu Eteoſtichor. libro, VViteb.* an. 1561, 8 ed. C 5, b, ſic notauit:

IgnIſer In tepIDo ſVLsIt ſoL ſyDere LIbræ,
hVttene, Vt CæLI teCta beata CapIs.

De *Sepulcro*, quo conditus is iacet, atque *Epitaphio*, vid. P. II, p. 265 (ff). *Illuſtrem Seckendorfium* erraſſe, quum *Lutheran.* I, 130 tradiderit, *inſulam iſtam*, *in qua ſepultus ſit Huttenus*, *in Brigantino ſitam eſſe lacu* (quum in *Tigurino* ſita ſit) *Hottingerus* c. l. ſimul adnotauit. Quando hic adfirmat, *Huttenum opibus egentem vita exceſſiſſe*, *quum ab aduerſariis omnibus rebus ſpoliatus ſit*, fidem facile mihi fecit: qui P. II p. 317 oſtendi, *Bibliothecam eius a* Locero Medico *ex præda fuiſſe redemptam.* vnde colligo, purioris religionis hoſtes omnibus rebus in *Heluetia* noſtrum ſpoliaſſe. *Eppendorfius*, non ita multo ante memoratus, *ſe Hutteni debita*, *quæ centum quinquaginta florenos exceſſerint*, *ſoluenda in ſe ſuſcepiſſe*, *Othoni*, *Georgii Sax. D. Equiti*, perſcripſit: at *Eraſmus Eppendorfio* fidem hac in re non habuit. vid. *Eraſmi* Epiſtola ad *Io. Boizemum* ſupra citata.

buſenſis, cui XIII annis ante *Carmen* ſuum *contra Loſſium* (ſ) dedicauerat (sſ), diem obiit.

Quo maiorem improbiſſimorum hominum hoſtem, & quo firmiorem omnium bonorum amicum, in omni vita ſua, praeſtiterit ſe Huttenus, eo acerbius optimum quemque obitum eius tuliſſe, vberius P. II demonſtraui (ſt). Id hodieque *eruditiſſimorum Saeculi XVI Virorum lugu-*

(ſ) de quo Carmine vid. ſupra p. 29.

(sſ) cognoui talia paucis abhinc diebus (nam ipſum Carmen numquam vidiſſe me, ſupra faſſus iam ſum) ex *Hiſtoria Epiſcopatus Lubucenſis*, quae *VVolffg. Iobſt* ſ. *Iuſti Deſcriptioni Vrbis Francofurti ad Viadrum*, patrio ſermone confectae, & tertium a *celeb. Io. Chriſtoph. Bechmanno* cum additionibus an. 1706 fol. editae, acceſſit. vbi p. 30 ſequentia leguntur: *Theodorus*, *oder Dietrich*, *von Bülow*, *aus dem Hertzogthum Mechlenburg gebürtig; denn ſo ſchreibet* Vlr. Huttenus *in einem* Carmine *aus* Roſtock *Lib. II* Querelarum aduerſus vtrumque Losſium *init. an ihn:*

Sume, Lebuſini Praeſul ſanctiſſime Templi,
Carmen, & in Patria condita ſcripta tua.

Eruditiſſimi huius Praeſulis laudes celebrantur etiam in *Publ. Vigilantii Bacillarii Axungia Hiſtoria Inaugurationis Vniuerſ. Francof.* praeſertim p. 13. conf. *Commentarior. meor. de Fatis linguae Lat. in German.* P. II, p. 227 (s).

(ſt) p. 268.

lugubria carmina, quibus *obitum eius* proſecuti ſunt, aperte declarant. Qualia, quum tria tantum P. II inſeruerim (t), reliqua, quotquot mihi nota ſunt, hic proferre conſtitui.

Eobanus Heſſus.

Vlrichi Hutteni Equitis ac Poetæ
Epicedion (u),
Mors & Huttenus *colloquuntur.*

Mors. *Tu quoque, magnifice qui nos*, Huttene, *ſolebas*
Spernere, magnifico vulnere ſtrate iaces.
Hutt. *Non iaceo, nec adhuc non te, mors improba, ſperno.*
In quem nec dum aliquid iuris habere potes.
M. *Nempe iaces noſtri confoſſus arundine teli:*
Hoc in te certe ius habuiſſe fuit.

(t) *Ph. Melanchthonis*, p. 270, not. *Petri Lottchii Secundi*, p. 271, & *T. V*, i. e. *Thom. Venatorii*, vt conieci, p. 319. *Georg. Fabricii, Io Fabricii* & *Ioannis Lauterbachii Epigrammata* ſ. *Elogia*, quibus virtuti gloriæque *Hutteni* ſuffragati ſunt, vid. ſupra, p. 1, 3, 4: *Io. Boceri* vero, & *P. Meliſſi* vid. p. 47.

(u) tranſcripſi hoc ex *Eob. Heſſi Oper.* coniunctim *Francof.* an. 1564 ed. p. 298, ſeqq. Illud *Aegidius Periander Germaniæ* ſuæ, p. 832, *Melch. Adamus* vero *Hutteni Vitæ*, ab ſe conſcriptæ, p. m. 22 inſeruit.

H. *Non iaceo, nec tela tua mala ſentio dextra,*
Et nec adhuc pars eſt vlla ſepulta mei.
M. *Nempe iaces; clauditque tuum breuis vrna cadauer:*
An, qui ſic iaceat, non cecidiſſe putas?
H. *Vt iaceant alii, quos te ſtrauiſſe, ſuperbis,*
Ipſe tibi inuictus, te feriente, ſteti.
M. *Hoc ſi ſtare fuit, ſi non hoc ergo iacere eſt,*
Dic, age, quo pacto te cecidiſſe, neges?
H. *Non alia, quam qua diui ratione feruntur,*
In caſſes numquam poſſe venire tuos.
M. *Quod ſi diuus eras, cur ſic rationis egebas,*
Vt caderes noſtra, diue perempte, manu?
H. *Nec cecidi, nec diuus eram, quid me improba captas?*
Pars etenim ſupereſt maxima viua mei.
M. *Stulte, quid ambiguam poſt fata nouiſſima vitam*
Captas? hæc fatua ſomnia mentis erant.
H. *Viuo equidem, neque ſi corpus, male ſana, tuliſti,*
Vis animo venit vulneris vlla meo.
M. *Quid tibi fallaci blandiris imagine vitæ?*
Omnis ab exſtincto corpore vita iacet.
H. *Quid mihi damna vagæ mentiris inania mortis?*
Maior ab exſtincto corpore vita manet.

M. *Vt*

M. *Vt ſibi iam fingant aliquam tua ſomnia vitam,*
Fabula quid vitæ proderit iſta tibi?
H. *Quam mea fama mihi tribuit veriſſima vitam,*
Adſerit, & ſuperis me facit eſſe parem.
M. *Diiſne parem faciat te fama leuiſſima, cuius*
Facta eſt, atque eadem corporis vmbra tui?
H. *Non ita, namque breui clauſum eſt breue corpus in vrna:*
Fama manens pulſat Solis vtramq; domum.
M. *Ad te fama nihil tua pertinet amplius, ex quo,*
Seu bona, ſeu mala ſit, nil tibi ſcire licet.
H. *Non ita, nam Manes venit & bona fama ſub imos,*
Et mala apud ſuperos nulla relicta mihi eſt.
M. *Ergo quid vtilium confeceris, optime, rerum,*
Scire operæ pretium, te referente, mihi eſt.
H. *Quamquam teſte egeat nullo mens conſcia recti:*
Non tamen eſt vllus dicere vera pudor.
M. *Dic igitur, quia non pudet hic quoque vana fateri,*
Quæ viuus faciunt vt videare tibi?
H. *Paruus adhuc, primaque notans lanugine malas,*
Muſarum certo numine plenus eram.

Talia concinui iuuenili carmina plectro,
Qualia permulti non potuere ſenes (x).
Inter & æquales vigui, quantumque recordor,
Indole me nemo liberiore fuit.
M. *Iam minus admiror, genus hoc ſibi ſemper ineptum*
Promittit, nullo tempore poſſe mori.
Sed cur nulla meas remorantur carmina vires?
Cur etiam vates ſpicula noſtra petunt?
H. *Nil nobis tua tela nocent, quid, auara, ſuperbis?*
Deſine, dum cœpta cetera lege ſequor.
Pæne puer varias gentes & plurima vidi
Oppida, fortunæ victor vbique trucis.
Nam mihi plus aliis ſæuit Dea cæca, nec vmquam
Deſiit indignis exagitare modis.
M. *Cur non & generis velles meminiſſe, quod illo*
Clarior & mors eſt, & tua vita fuit.
H. *Non pudet ingenuis adeo natalibus ortum,*
Vt fuerim patrio ſanguine Francus Eques.
Sed mihi plus curæ fuit, vt generoſior eſſem
Diuitis æternis dotibus ingenii.
M. *Quid tamen hoc prodeſt poſtquam nos iſta tenemus,*
Omnia ceu forti capta tropæa manu.
H. *Corpus,*

(x) conf. P. I. p. 73 (r). & ſupra p. 24.

H. *Corpus, auara, tenes clauſum, teneasque ſepulcro,*
Me mea cum ſuperis vita ſuperſtes habet.
M. *Nondum digna ſatis vitæ miracla peracta,*
Queis vel adhuc poſſis viuere, facta refers.
H. *Prima rudimentis clauſa eſt iuuenilibus ætas:*
Digna viro geſſit munera vita ſequens.
Nam patriæ laudes, & libertatis ademptæ
Iura, manu, calamo, fortiter adſerui.
M. *Quas laudes? quæ iura refers? quibus adſeris armis?*
An meritis equit Teutonis ora tuis?
H. *Inclita Pontifices Germania paſſa tyrannos*
Non tantum eſt meritis viſa equiſſe meis.
Quam mea facta licet non poſſent ſola leuare,
Quæ tamen huic potui commoda ferre, tuli.
M. *Qua ratione precor? nam tu nec corpore firmo*
Nec fortuna opibus permetuendus eras?
H. *Viribus ingenii præſentia damna leuabam*
Corporis, atque iſto nomine fortis eram.
Et mea raptores fregerunt ſcripta Cinædos,
Plus quam mille aliis vllius arma modis.
Nec tamen imbellis fueram nec corpore fractus,
Vulnera multa dedi, vulnera multa tuli.

Scit

Scit Romana lues, bullarum turba miniſtri,
Nec tu ſtrate mihi, Galle ſuperbe, negas (y).
Quod tamen infirmi mihi corporis obiicis artus,
Poſtremi vitium temporis illud erat.
M. *Straueris & Gallum, & Romanum fregeris hoſtem,*
Fractus es & ſtratus non minus ipſe mihi.
H. *Principibus quoque charus eram, ſed plena malorum*
Tempora non ſunt hoc paſſa fuiſſe diu.
M. *Nil moror, vt fueris cariſſimus omnibus, hoc te*
Plus iidem fato procubuiſſe, dolent.
H. *Stultitia hæc equidem mortalibus omnibus vna eſt,*
Vt, quod tu rapias, hoc periiſſe, putent.
Illi igitur noſtro funebria iuſta ſepulcro
Soluant, & lacrimis mortua membra rigent.
Me mea, ſtultitia ſecurum fecit ab iſta,
Quæ nunc eſt, alio vita futura loco.

Mutianus Rufus (z).

Quod decus Hutteni *eſt* Equitis, *quæ palma* Poetæ?
Lance pari gladio, nobilis atque ſtilo.

Aethe-

(y) vid. P. I, p. 106, 107.
(z) auctor ſaltem traditur in plagula illa, vnde tranſcripſi.

Aethereum ſcandit Muſis comitatus Olympum:
Detinet obſcuros *atra cauerna* Sophos.
In barathro pœnas pro culpa & crimine pendit
Hochſtratus, Ortuinus, Luſcius, Alſiacus.
Ille gerit meritos cælo dignatus honores:
Hutteni *ſimiles lacteus orbis habet.*

Hutteni Epitaphium
candide & libere, nec minus docte
conſcriptum (a).

Nobilibus, ſi qua eſt ea laus, natalibus ortus
Huttenæ *inſigni ſtemmate* gentis *Eques:*
Paruus & æger eram, ſed mens ingentibus auſis
Penſauit vires corporis exiguas.
Quæ ſua de fagis, Francos *media inter &* Heſſos,
Nomina habet, nobis patria terra *fuit* (b).
Quantum ea ab Heluetii *disiuncta eſt litore* Rheni,
Rupit vbi vitæ ſtamina Parca mea?

Nunc

ſcripſi. conf. P. II, p. 268, (i). quænam intelligatur a me plagula, inuenies, Lector, ib. (k).

(a) indidem deſumptum.

(b) ad marginem in plagula iſta hæc erant notata: Biecha *ſeu* Fuldana regio, Orientalis *etiam ab antiquioribus, &* Oſtro-Francia *adpellata, non, vt quidam indocte & imperitiſſ.* Thuringia *aut* Heſſia. conf. P. I p. 63 (a). it. *Analect. ad P. I*, p. 3 (e).

Nunc iaceo, ætatis decurſo tempore primæ,
Hic vbi congeſta ſaxa leuantur humo.
Artibus & ſtudiis Muſarum excultus honeſtis,
Miretur Latium quæ quoque, ſcripta dedi.
Sed natura potens, fortunaque ſorsque ſiniſtra
Diuerſam a Muſis perpulit ire viam.
Quorumdam heu pudet: atque vtinam, quam nouerat artem,
Non mea mutaſſet deteriore manus.
Quicquid id eſt, Gallos *quatuor ſtrauiſſe feroces,*
Nomina dum tueor Cæſariana, iuuat (c).
Cetera DI faciant ſileantur facta meorum
Armorum, & belli nocte prematur opus (d).
Viuat opus calami, rerum pars clara mearum:
Per mea quam nequeunt nomina nocte tegi.
Si tamen illa etiam fatis tacita eſſe vetantur;
Germanæ *dicar* gentis amator *ego.*
Oſores quicquid, quicquid dicatis, amici.
Crimine *cum* paruo gloria magna *mea eſt.*

Ad

Nobilitatem Scholamque Fuldanam, Conterraneos, Propinquos & Adfines Hutteni (e).

Nobili-

(c) vid. pag. modo cit. P. I 106, 107.
(d) vid. P. II p. 288, 289.
(e) vt *prioris Epitaphii auctor* in plagula iſta non proditur; ſic & huius *Exhortationis auctor* in ea, vnde itidem ſumpta hæc eſt, ſiletur.

Nobilibus *cunctis*, Franciſ*que*, Heſſiſ*que*, Biechis,
Huttenus *ſpecimen, gloria, calcar erat.*
Quod ſi non fuerat tantum fortuna nouerca,
Vicerat hic Gallos, vicerat hic Italos.
Hunc, generoſe puer, ſapies, imitabere: claris
Virtus cum ſtudiis præſtat imaginibus.

Hutteni Epitaphium
per T. V (f).

Hic iacet Hutteni *parua cinis abditus vrna:*
Cui fuerat patriæ ſedula cura ſuæ.
Qui moriens nigris noua gaudia Manibus adfert:
Cœpit & Elyſius clarior eſſe locus.
Ferte igitur tumulo lauros, hederasque virentes,
Et nardum, doctis præmia digna viris.

In Huttenomaſtiga (ff).

Impia cur laceras Hutteni *beſtia* Manes,
Immani vincens crudelitate Scythas?

Illius

(f) *Thomam Venatorium* litteris his indicari, conieci P. II p. 319: vtpote cuius alterum *Epitaphium, Hutteno conſcriptum*, ibi protuli. vtrumque eadem plagula mihi ſuppeditauit. De *Venatorio*, *Eccleſiaſte Norimberg. haud obſcuro Poeta*, vid. *ill. Seckendorf. Lutheran.* I, § CLXXIII, Add. I (h). Scripta enumerantur in *Conr. Geſneri Bibliotheca.*

(ff) quum altero illo *Epitaphio T. V*, cit. p. 319 P. II prolato,

Illius Hutteni, *cui nec præſtare matellam*
Dignus es, aut porcos paſcere Buchonios.
Vt ſolet in ſpurco meretrix tibi fornice docta,
Qui bene non didicit ſic maledicta vomit (g).

Ioannes Fabricius, Montanus.
Epitaphium Huldr. Hutteni Poetæ, & Equititis Franci,
qui in *Inſula lacus Tigurini*, *Vſnauia* dicta, hodie a doctioribus *Hutteni inſula* nuncupata, ſepultus eſt (h).

Hæc

prolato, *Zoili crimina verius, quam carmina, inverſa*, adfirmentur in plagula, & *Ph. Melanchthonis Epigramma*, P. II p. 270, n. inſertum, *in Luſcinium mortuum Huttenum proſcindentem, Epitaphium* illud ibi ſequatur, inſcr. *in Huttenomaſtiga*, hoc *Anonymi* ei ſubiicitur *Epigramma*, inſignitum; *Ad idem N. N.* In *Ph. Melanchthonis Epigrammatum* lib. II, I 7 b, priori illi *in Luſcinium Epigrammati* hoc additur:

Sis miſer, & nulli miſerabilis, omnia quisquis
A Diis pro merito cuique venire putas.

Dudum antea ipſe *Huttenus* hoc illi adiunxit *Epigrammati*, quod *Imagini* ſuæ adſcripſit: vid. P. I p. 240.

(g) præter *Ioach. Vadiani verſum*, quem in *Analect. ad P. I* p. 11 (h) produxi, in eadem plagula *duo Elegidia parænetica & protreptica ad Iuuentutem*, alterum *Anonymi*, idque verboſius, *R. Pacei* alterum, duobus conſtans diſtichis, adiiciuntur: in quorum autem neutro *Hutteni* iniicitur mentio.

(h) & *Aegid. Periander Germaniæ* ſuæ p. 817 ſeq. & *Nicol.*

Hac quicunque cita decurris ſtagna carina,
Ponis & hoc noſtro litore forte pedem.
Imperio ſic aura tuo, ſic pareat vnda:
Perlege, quæ ſaxo carmina ſculpta vides.
Hoc Equitum decus, *hoc* Vatum Germaniæ ocellus,
Huttenus, *iaceo conditus in tumulo.*
Ingenio dextraque potens, dum vita manebat,
Muſarum ſimul & Martis alumnus eram.
Cæſar Apollinea cinxit mea tempora Lauro:
Idem pro meritis Nomen Equeſtre dedit.
Sæpe bonos mutare ſolum fortuna coegit,
Magna quibus patria pœna carere fuit:
Aſt mea non alio tantum ſe iactat alumno
Francia, *nec meritis eſt male grata meis.*
Aeger ad has veni legatus Cæſaris oras (i),
Quum me mors alias iuſſit inire vias.
Ante ſepulturæ ſeruiret vt angulus iſte,
Quam morerer, ſociis iuſſa ſuprema dedi.
Adſiduis vbi me lugerent planctibus vndæ,
Et gemerent plenis ſigna refuſa vadis,

Nicol. Reuſnerus Iconibus Viror. litteris illuſtr. B 8, illud adiecit. Idem *Fabricius* aliud *Hutteno* conſcripſit *Elogium* ſupra p. 3 inſertum.

(i) *Huttenum legationem ad Heluetios, Imperatoris nomine, ſuſcepiſſe tum,* & *Io. Petr. Lotichius* credidit, vid. P. II. p. 242 (o).

Sertaque vernarent tumulo natiua ſub ipſo:
Et querulæ canerent flebile ſemper aues.
Vade, ſed, admonitu noſtri, ſpes contrahe laxas:
Quo minime credis, ſtant tua fata, loco.

Ioannes Stigelius.
Vlr. Hutteni, Poetæ & Equitis,
Epitaphium (k).

Hic iacet in viridi tumulatus ceſpite Vates,
Hutteno Vlricus *ſtemmate natus* Eques,
Qui calamo, gladioque audax, & fortis vtroque
Prælia cum multo fortiter hoſte tulit:
Tempore, quo Chriſti verax doctrina reluxit,
Quæ diuturna operum nube ſepulta fuit.
Non poterat turpes Saliorum ferre cothurnos:
Quorum eſt ingluuies, & gula fœda Deus.
Quæ tamen his damnum melius, quam milite, ferret,
Illius eſt calamo Romula *ſcripta* Trias (l).
Inuidiam atque odium multorum incurrit, & iram,
Omnia dum Franco pectore recta cupit.
Cede furens liuor: tamen hæc eſt vna poteſtas
Vatibus, æternum, quæ cecinere, manent.

Geor-

(k) reperitur in *Stigelii Poemat.* Vol. II p. 588, *edit. Ien.* an. 1577. & in *Nic. Reuſneri Iconib.* B 7, b.
(l) conf. ſupra p. 177, 178.

Georgius Sabinus.
in Obtrectatorem Vlr. Hutteni (ll).

Frigida *tune vocas* Hutteni carmina Vatis?
Cuius in ingenio viuida flamma fuit.
Quin tua Muſa gelu torpet: te ſi quis ad illum
Contulerit, glacie frigidior es canis.

Io. Gofr. Zeidlerus (m).

Vlricus *fatis quum conceſſiſſet* Hutenus,
Mars ſimul Aonidesque ingemuere deæ.
Hic omnes ſiquidem coluit, dum vita ſinebat,
Fortis & ingenio, fortis & ille manu.
Roboris huic ramum, Dryades, ſuſpendite, Laurum
Pierides, æqua ſigna notata fide.

Vt tot diſertiſſimi atque ingenioſi Poetæ *Hutteno*, velut *eruditæ doctrinæ Principi*, iuſta certatim fecerunt: ſic *Eraſmus* ex adverſo,

(ll) *Epigrammat.* p. 298, *edit. Lipſ.* an. 1581. vnde *Aegid. Periander* in *Germaniam* ſuam, p. 836, & *Nic. Reuſnerus* in *Icones* modo cit. tranſcripſit. Aliorum Poetarum laudes, quibus *Hutteni Venam* exornarunt, protuli in *Analect. ad P. I* p. 7, not. & ſupra p. 47. Eiusdem *Sabini iudicium de Hutteni Panegyrico, heroico Carmine conſcr.* P. I p. 87 (g) adduxi. conf. ſupra p. 52 (g).

(m) in *Theatro Eruditorum, VVitteb.* an. 1690, ed. 8. p. 47.

verſo, maleuolentia ac inuidia, non in ipſum ſolum *Huttenum*, ſed in *beatiſſimum* quoque *Lutherum*, cuius partes conſtanter hic ſecutus erat, impulſus, Manes eius violare perſeuerauit: vtpote qui *Oth. Brunfelſii* & *Eraſmi Alberi ad Spongiam* ipſius *Reſponſionibus* magis magisque fuerat irritatus. Non modo *Epiſtola* illa *ſtomachoſiore* atque *rabioſa ſatis, poſtridie Nonas Maias an. cIↄ Iↄ xxiv ad Lutherum exarata* (n), *Hutteni Manes* contumelioſe læſit *Eraſmus*, ſed etiam aperte maxime id fecit in *Operum ſuorum Catalogo*, quem eidem *Ioanni Botzemo III Kal. Febr. eiusdem anni* inſcripſit (o), ad quem verboſam illam, quatuor circiter annis interiectis, miſit, epiſtolam; qua, vt ſupra monſtraui (p), acriter in *Henr. Eppendorſium* eſt inuectus. Quum *Eraſmus* eadem fere crimina in *pie defunctum Huttenum* in iſto *Operum ſuorum Catalogo* conferat, quæ in *Epiſtola ad b. Lutherum* ſcripta contulit, refellere ea nihil attinet: dum ſtrictim iam P. II (q) iſta refutaui. Inter

(n) de qua vid. P. II p. 282 ſeqq.
(o) qui ipſis deinceps *Eraſmi Operibus*, a *Frobenio* exc. acceſſit.
(p) p. 273 (n).
(q) p. 283, ſeqq.

Inter illos, qui optauerant, vt ne *Huttenus* cum *Eraſmo* expoſtulaſſet (r), *Guil. Inſulanus Menapius Greuibrugenſis* etiam eſt; cuius verba adſcribam (s): *Sed piaculi loco habeatur, ſi te in hoc albo prætermittam,* Hulderice Huttene. *nam tu quoque facundia tua violentia torrenteque dicendi impetu in* Eraſmi nomen *incurriſti. Sed eo mehercle ingratius, quo antea paullo honorificentiſſima ipſius prædicatione conſpectior ornatiorque fuisſes factus. Et addebat quidem animos* Hutteno *fama ſatis feliciter parta, & generis nobilitas blanda ipſa conciliatrix fauorum, ſubſidiariæ inſuper cohortes & adclamationes quorumdam nouis rebus ſtudentium. Quibus ille adeo opibus fretus, vnus omnium ſibi videbatur idoneus, qui cornicum oculos, vt eſt in prouerbio, configeret.* Expoſtulationis & Adſperginum *nomine criminationes* Hutteni *cir-*

(r) de *ſimultate, inter Huttenum & Eraſmum exorta, quæ vtriusque ſcriptis dentatis & mordacibus orbi patefacta ſit,* agit etiam *Abrah. Bucholcerus* in *Indice Chronolog.* ad *an* cIↄ Iↄxxiii, p. m. 496.

(s) ex *Oratione funebri in Obitum D. Eraſmi Roterodami*, eaque eleganti: quæ *recognita & aucta* acceſſit eiusdem *Inſulani Silua Obſeruationum Linguæ Latinæ* in 8, ſine loco & tempore, quo prodierint p. 127.

cumferebantur, tituli lenitate atrocitatem criminum mitigante, ſed re vera, niſi in Hutteni Adſperginum *locum* Spongia *ſtatim ſubiiſſet, ſempiternas maculas nomini ſuo* Eraſmus *contraxiſſet: adeo perſuadendi viribus, & ſtudio partium valebat aduerſarius. Succesſit poſtea noua quædam* Expoſtulatio Argentoratenſium: *ad quam ideo minus reſpondendum ſtatuo, quod neque communi nomine ciuium, nec certo definitoque auctore, exierit: & quod exiſtimem, plures eo loci fuiſſe eſſeque adhuc hodie, qui eam moleſtiam* Eraſmo *exhibitam fuiſſe, permoleſte ferant.* Sed tamen *Eraſmi meritorum prædicator* hic, *Inſulanus, Hutteni linguam & ingenium amare* ea propter haud deſiit; vt ſupra a me eſt declaratum (ſſ).

Per nouam iſtam Argentoratenſium (ſt) *Expoſtulationem Eraſmi Alberi de Eraſmi Spongia Iudicium* (t) intelligere *Inſulanum*, ſuſpicor.

(ſſ) p. 97. vbi indicaui, *Inſulanum Hutteni in Aulam Criminationes ſingulari Dialogo an.* cIↄ Iↄ xxxix *refellere inſtituiſſe:* idque non acerbe & contumelioſe, ſed leniter potius ac honorifice.

(ſt) apud *Argentoratenſes* & *Hutteni Expoſtulationem* & *Oth. Brunfelſii ad Eraſmi Spongiam Reſponſionem* primum prodiiſſe, P. II. p. 247, not. & p. 272 (o) oſtendi.

(t) de quo actum a me eſt P. II. p. 281.

cor. De quo *Iudicio* non eſt, quod plura hic addam, quum *nulla prorſus Hutteni in eo fiat mentio* (tt): exponit modo, *quatenus illi conueniat cum M. Lutheri doctrina*. Poſtquam meliora adhuc de *Eraſmi Alberi* huius *pietate inſigni* edoctus ſum (u), exploratius ſtatuere in præſenti queo, eum, quum ſe *non Lutheranum*, *ſed eius, quem docuerit Lutherus, diſcipulum* adpellauerit, *Chriſti diſcipulum* adpellatum ſeſe voluiſſe. Eadem hac in re fuit ſententia *Alberus*, qua *Io. Schwebelius* eodem tempore fuit; qui ſcripſit (v), *Lutheranus non ſum, ſed Chriſtianus: non enim pro me paſſus Lutherus: nec*

 in

(tt) vnica conſtat plagula, in 8.

(u) ex *doctiſſimis maxime reuerendi Olearii Adnotationibus*, quas *Hymno*, *Gott hat das Euangelium gegeben* &c. addidit, an. 1720, 8, *Arnſtadiæ* editas: quibus *D. Eraſmo Albero*, *magni nominis Theologo*, *Hymnum* videlicet hunc vindicauit; probans, ex *Wetterauia* eum oriundum fuiſſe. *Variſcum* natione eum eſſe, P. II p. 281 (r) ſtatueram, *Kœnigii Bibliothecam* ſecutus. Quum in *Continuat. Ephemer. Vnſchuldige Nachrichten* inſcr. an. 1720, p. 986, oſtendatur, *Iudicium de Spongia Eraſmi primum eius fuiſſe ſcriptum*, eo facilius, vt cit. P. II pag. 281 indicaui, *Eraſmus Rot. Eraſ. Alberi fictum nomen* eſſe, credere potuit.

(v) in ep. XCV, & ap. *Melch. Adamum* in *Vita* ipſius, p. m. 67.

in nomine Lutheri baptizatus ſum. --- Non iuraui in verba Lutheri, ſed in verba Dei.

Tragœdiam, Pariſiis anno cIↄ Iↄ xxiiii *coram Rege actam*, quam P. II *integram* inſerui (w), typis exſcriptam eſſe, ignorâueram prius, quam *duas*, easque *diuerſas*, illius *editiones* (x) amiciſſimi mihi Viri beneuole mecum communicarunt, *Germanico ſermone confectas*. alteram, quæ *vetuſtior* paullo videtur, & in cuius *fronte* ſ. *titulo, ipſa Tragœdia* quodammodo repræſentatur; in *margine* vero *variæ* conſpiciuntur *icuncula; Reuchlini* nempe, *Eraſmi, Hutteni, Lutheri, Pontificis*, huiusque *Curtiſanorum*, *effigies minutæ:* hanc, inquam, editionem *cel. M. Cnauthii*, ſæpius iam in Parte hac laudati, beneuolentiæ acceptam refero: inſcripta eſt: *Eyn Comedia, welche yn dem kœnigklichem Sale zu Pareyſse, nach vormelter geſtaldt, vnd ordenunge geſpylt wordenn. Anno M. D. X. X. IIII. Hutteni mentio* talis in ea fit: *Nach volgende, was ein gewappenter man zu gegen, der auch an ſeynem gemüt vnd leyb ſtebelen was, der ſtellet ſich als balde yn mytter dyſer vorſamlunge, vnnd ward* der von Hut-

(w) p. 294, ſeqq.
(x) vtraque vna conſiſtit plagula in 4.

Hutthen *gebeyſſen, der ertzeigtt durch ſeyne zornige rede gantz ein zornigk gemüt, vnd vornichtet diſe erliche vorſamlunge zum hœchſten, vnd ſagt*, wyr haben byſsher ewer werck zum merglychem nachteyl gemeiner Chriſtenheyt geduldet, *vnd als er den* Bapſt *für ein* Antichriſt, verwuſter, *vnd* verdorber der gantzen Chriſtenheyt *mit offentlichen worten auſsſchreyg, gyng er zum fewer das der alt mann zuuor etlicher maſſzen auffgedackt het, zerſtravvet dye darauff gelegte aſchen, vnd ervveckt mit auffblaſunge eyns blaſsbalges dye hytze des fevvers gantz krefftiglich. Alſo auch daſs dye gantze vorſamlunge von groſſem wunderlichen ſchrecken erſtummet, vnd als er ſœlcher geſtaltt, das fevver auffblyſſe, vnd mit zorn gantz bevvegt, iſt er yhm ſelben nyder gefallen vnd thot bleyben, durch dyſes geſchicht, hat dye freude den ſchrecken dyſer vorſamlung nyder gedruckt, vnd iſt der verſtorben von dannen getragen, vnd nicht mit groſſem gebrenge begraben vvorden. Alteram Tragœdiæ* huius *editionem*, quæ nullas additas habet effigies, & in qua alia obſeruata eſt orthographia, debeo *pl. reuerendo Andreæ Seidelio, Verbi diuini in Eccleſia Euangelica, quæ Chriſto in cariſſima Patria mea colligitur, Mini-*

ſtro fidelisſimo : inſcribitur ea, *Ain Tragedia, oder Spill, gehalten in dem kunigklichen Sal zu Paris. M. D. XXIIII.* An & *Latine conſcripta Tragœdia* hæc typis exſcripta exſtet, ne nunc quidem exploratum habeo. quam integram P. II (y) legiſſe, neminem pœnitebit, ſpero: præſertim quum & iſtæ patrio ſermone confectæ editiones in paucorum oppido ſint manibus.

Ad *ſcripta,* quæ *Huttenus celato fictove nomine ediditſſe* exiſtimatur, qualia ego complura P. II (z) enumeraui, multa quidem adhuc addi poſſent: quæ vero quum leuioribus interdum pendi ſoleant coniecturis: nec ſingula perſequi denuo, nec plura addere mihi animus eſt. Quorumdam memoratorum ſcriptorum *Crotum Rubianum* auctorem eſſe, iam tum ſuſpicatus ſum. Qualem ſuſpicionem me non fefelliſſe, cognoui tum, quum in crebro nominata ſupra *Anonymi ad* ipſum *Ioannem Crotum Rubianum Epiſtola* legi (a): *Noſti ante annos quindecim, antequam exortus eſſet* Lutherus, -- *quam vos* duo heroes, tu

(y) p. cit. 294 ſeqq.
(z) p. 300 ſeqq.
(a) p. 10.

tu & Huttenus, *horribile bellum indixiſtis vniuerſo Papiſtico nomini, quantis viribus, quam inſtructis & firmis copiis, terra marique perſequi Papiſtas induxeratis in animum. quot & quantis* Dialogis, Epigrammatis, Satyris, Scriptis Latinis, Germanicis (b) *exagitaſtis*

(b) ad hæc verba *maxime reuerendus Olearius* notauit: *Conf. omnino Tom. I & II Paſquillorum, Eleutheropoli A. C. 1544, 8, editi, de quibus in Theol. Vnſchuldigen Nachrichten: Es ſey ein ſehr rares Buch, welches von Heinſio mit 100 Ducaten bezahlet worden, vid. An. 1717, p. 945. Add. Poemata veterum de corrupto Eccleſ. Rom. ſtatu cum præfat. Flacii ed. Baſil. 8, 1557, 12, impr. vbi Dialogos eiusmodi, Epigrammata, & Satyras, Latinas & Germanicas legere poteris multas adiectas.* Hactenus *reuer. Olearius.* Is, qui *duos* iſtos *Paſquillorum Tomos* collegit foraſque dedit, & qui, vt ſupra p. 46 (ff) oſtendi, *Cæl. Secundus Curio* probabiliter admodum ab erudiſſimo quodam viro ſtatuitur, *eius generis ſcriptorum vſum* ita, in *præfixa Tomis iſtis Paſquillorum præfatione*, expoſuit: *Cenſuerunt Veteres in ciuitate libera, vti corpora hominum, ſic etiam linguas liberas eſſe oportere. Atque hac de cauſſa, opinor, etiam ſummorum quidam Pontificum, quicunque tandem ille fuit, ſuperiori ætate, non malo, neque inutili, quantum quidem ex ipſa re videre eſt, conſilio,* Romæ *ſiue inſtituit, ſiue permiſit, vt eodem illo veterum exemplo atque inſtituto ad* Statuam *quamdam* Paſquilli *nomine dedicatam, certis temporibus,*

taſtis Romaniſtas, Cardinales, Epiſcopos, *præcipue autem* Theologos & Monachos? *Superi boni! qui* ſales, *quæ* dicteria, *quæ* ſcommata, *quæ* cauilla, *quod* genus ridiculi

poribus, quæ quisque de alio vidiſſet, aut noſſet, pari, vt olim, licentia notata euulgaret. Nam quum omnino mores hominum corrigi oporteat, potentiorum autem vitia plena atque aperta oratione commouere nemo facile audeat, exiſtimauit ſummus ac prudentiſſimus, hanc vnam viam reliquam eſſe, qua de ſe ipſi homines cognoſcerent, ſuaque facta, quo pacto ab aliis ac foris cenſerentur, intelligerent, ſi quæ coram atque aperte alii dicere non ſuſtinent, eorum iudicationem Paſquillus *iſte in ſe ſuſciperet, ſuoque nomine in vulgus efferret, eſſetque idem quaſi quidam* publicus morum cenſor *ac* vitæ magiſter: omniumque ſeriorum *pariter ac* ridiculorum interpres. *Quem ſi quis e medio tolleret, idem* magnam bonamque partem libertatis, nec minimam item vtilitatis *e medio ſublaturus eſſet. Huius igitur* Paſquilli, *quum nuper homines quidam ingenioſi* Exempla, *ac* Dialogiſmos *quosdam breues edidiſſent, in quibus non tempora ac mores ſolum notaſſent, ſed & alia quædam cognitu non ingrata, eodem argumento perſtrinxiſſent, videbatur, pretium quoddam operæ futurum eſſe, ſi quis qui* feſtiuiores *ac* venuſtiores *paullo eſſent, collectos vndique, & ſub vno veluti faſciculo comprehenſos ſtudioſis eorum proponeremus. Neque enim* delectationi *tantum ea res futura, ſed & illud* commodi *eodem accidit, quod hinc quamdam etiam* ſæculi huius hiſtoriam compendioſam ac brevem *ſubnotare licebit.*

culi & riſus *vsquam erat, quod* Crotus *ille, nunc amicus magnus Papiſtarum, tunc non excogitandum, inuertendum & detorquendum duxerit, ad exagitandum hoc totum genus? ſi quis aliter tunc* Cardinalem *apud te, quam* Carnalem, *ſi quis aliter* Cœnobitam, *quam* Cœnoficium, *hoc eſt* ſordidatum, *ſi quis* Theologum *aliter, quam* Theolongum, *nominaſſet, ille tibi viſus eſſet, nihil tui illius ſalis, nibil vrbanitatis, nibil mentis habere.* Plures cum *Hutteno* & *Croto,* quem Epiſtolæ huius auctor *egregium ſimulandi & diſſimulandi* adpellauit *artificem,* vt ſupra iam vidimus (c), *de ſaculi iſtius portentis debellandis ſocietatem coiiſſe,* dilucide P. II a me commonſtratum eſt (d). Quemadmodum ſeſe concitarint inuicem ſocii, *Petri Franciſci, Poetæ, ad Huttenum noſtrum Epiſtolam* teſtificari, ibidem (e) ſimul cenſui, quam integram eo nomine adſcribendam decreui. *Doctiſſimo & eloquentiſſimo* Vlricho ab Hutten, *Equiti Germano,* Petrus Franciſci, *Poeta S. D. Nouarum rerum autumnus aduenit,* Huttene eloquentiſſime.

(c) p. 62. (d) p. 309 ſeqq.

(e) ead. pag. 310 p. (v) notaui, vbi *Epiſtola* iſta a me ſit reperta.

tiſſime. *feliciter nobis proueniunt* impoſtores. *Nuper paucis aſsibus quinque vidimus venundari apud Vrbem Lutheranorum. ex quibus tres licitatus eſt* Simon, *amicus noſter*, Patricius Auguſtenſis: *ceteri a foro ſubducti. Alter* Hieronymus *erat* Aleander, Iudæus baptizatus, *metallisque deputatus eſt.* Murnaro cucullione *quum non egeret admodum* Simon, *mihi tribus obolis vendidit: quem tibi nunc mitto, &, ſi cupis, etiam dono. idoneus mihi videtur, quo optimum poſsis depingere* quadruplatorem, *ſcripturus quidpiam in* Curtiſanos. *Subinde ſi quid acturus es in* Cordigeros diſcalceatos: *nemo tibi hos prodet facilius: quibuscum certat odio plus quam Vatiniano. Alioqui eiusdem hæreſeos, niſi quod mollioribus induitur, viuitque licentius, interdiu* Monachus vagus, *noctu* Mileſius ſtrenuiſſimus. *& vt propius hunc tibi acu pingam, is eſt, qui* in Lutherum volumina edidit hactenus: *qui omnes in ſe commouit eruditos, omnibus bellum indixit, paratus etiam in hanc horam ſubuertere vniuerſam rem litterariam: Quid igitur tibi mitterem gratius, quam talem impoſtorem, talem ac tantum hoſtem? Facito illi, vt lubet: abutere pro* lixa, *pro* ſtercorario. *Vnum oro, tam vilem ne exiſtimes ſycophantam*

phantam eſſe, quin hunc non poſteris reſerues ſpectandum. Nihil enim eum in hac mala perduxit, quam nominis immortalitas: quam vt adſequeretur, ei ſe dedit periculo. Eram hunc dedolaturus velut Eccium *illum, ni mihi non fuiſſet otium: tibi id muneris delegabo. tuus eſt. Vale ex* Haganoia *VIII Kal. Ianuar. anno cIↄ Iↄ xx.*

Inter *ſcripta, quæ Huttenus, vel ficto vel celato nomine, edidiſſe exiſtimatur,* primo loco poſui (f) *Orationem, qua diſſuadebatur, ne Principes in Decimæ præſtationem, quam Legati Leonis X, P. coram Imp. Maximiliano in Principum conuentu ad expeditionem contra Turcos petebant, conſentirent.* Supra denuo negaui (ff), *me Orationem hanc Hutteno vindicare audere:* quamuis *Marqu. Freherus,* qui eam *Tomo II Rerum Germanicar. Scriptor.* inſeruit, id feciſſe videatur: ſed & hic tamen ſubdubitauit, an *Huttenus eius auctor ſit*, quum addiderit extrema Oratione: *Finis Orationis Vdalrici (vt fertur) Hutteni: qui illuſtris nominis cenſorque cleri erat acerrimus. interfuiſſe autem ipſum hisce Comitiis, Hiſtoria vitæ ipſius teſtatur.* At *celeberrimo*

(f) P. II, p. 301.
(ff) p. 88 (e).

rimo B. G. Struuio (g) *vltima* ipſius *Orationis verba* dubiam rem fecerunt, atque merito impediuerunt, quo minus *Hutteno* hanc tribuere ſuſtinuerit: quibus faſſus eſt auctor, *ſe a Laurentio de Bibra, Herbipolenſi Epiſcopo, Sacerdotum Collegio eſſe decoratum*: id quod de *Hutteno* nemo adfirmauerit. Quæ quum ita ſint, *Odor. Raynaldus* (h) inconſulte ac temere in *Hutteni nomen* debacchatus eſt, palam hunc coarguens, eum *Orationem hanc, ſchiſmatico furore plenam, emiſiſſe* (i), *ne pro fide in Turcos ſumerentur arma.* Huttenum *bellum, contra Turcos ſuſcipiendum, ſerio omnino ſuaſiſſe*, ſupra probatum iam iui (k). Sed finge, *Huttenum* noſtrum illa, quæ *Cæſaris Scribas* ex ipſius *ad Principes Germanos, vt bellum contra Turcos concorditer ſuſciperent, Exhortatoria*, exemiſſe, ſupra cognouimus (l), quod libe-

(g) in præfatione, quam *Grauaminibus Nationis German.* T. II pag. 674 ſeqq. præmiſit. *celeberrimum* enim hunc *Virum* iſtos *M. Freheri Scriptores Rerum German. cum notis parallelis* an. 1717 edidiſſe, neminem fugit.

(h) vt ſupra a me oſtenſum eſt, p. 88 (e).

(i) hæc ſaltem oratio nominatim in margine *Annal. Eccleſ. Od. Raynaldi*, vt itidem ibi monſtraui, citatur.

(k) p. 89 ſeqq. conf. P. II p. 302, nót.

(l) p. 87.

liberiora, quam ætas iſta ferre poſſet, viſa ſint, cum *Orationis* illius auctore communicaſſe: *grauem* hanc quilibet atque *verum* iudicauerit hodie, qui eam legerit.
Grauitas ex ipſo ſtatim *exordio* hoc elucet. *Si vmquam Germaniæ Principibus prudentia, conſilium, concordiaque pro defendendo honore & omnium vtilitate opus fuit, Alemani Proceres excellentiſſimi: in primis indigere mihi videntur hoc tempore, quo in prædam Romanæ auaritiæ deputantur ac dedecoroſam ſeruitutem, ita blande propoſitam, vt illa homines priusquam intra viſcera penetrauerit, ſeſe captos non ſentiant.* Non minus grauia & hæc ſunt: *Falli, errare, labi, decipi, vbique turpe eſt, per religionem vero turpiſſimum: quam vnam nobis contra noxios mores contulit diuina bonitas. Hæc abſolutam artem pietatis nobis proponit:* primum, Deum amare omnibus viribus, proximum deinde vt nos ipſos. *At quando illum amabimus, quum videmus, eius ſacroſancta præcepta manifeſte pollui, nec tamen occurrendo, ſed potius conniuendo opem ferimus pietati? --- Imperium Chriſtianum non armis, non gladio comparatum eſt, ſed pietate & optimis exemplis viuendi. quæ poſtquam paſſim abierunt, omnia bona retro lapſa ſunt. multa im-*

peria perdidimus, quoniam artes, per quas parta erant, non retinuimus, amiſſa pietas eſt, retinuimus nomen. ſalutamur in vita Sanctiſſimi, *& poſt mortem nemo nos dignatur nomine* ſanctitatis. *Ab hac parte paullatim cœpit proſerpere virus exitiale. Deinde ceteri proceres ſecuti ſunt non ſegniter. Ergo mirum non eſt, quod a nobis alienatur cæleſtis fauor, & nos non cognoſcit amplius, atque prædæ relinquit improbo hoſti.* Pontifices *vero* Romani *poſtquam* cœperunt profana cum ſacris coniungere, *immo* relictis ſacris, ſolum profana admirari, *quam bene conſultum fuerit reipubl. Chriſtianæ, quam bene placuerit ſuperis ipſorum inſtitutum, euentus comprobauit. - - - Deflere libet fortunam ſaeculi corruptiſſimi ob* ſupremam negligentiam Epiſcoporum atque Principum, *permittentium populum ſuum ita nequiter decipi.* Pauca hæc non ita obſcure declarant, *grauem* omnino hanc eſſe *orationem plenamque veritatis:* quæ cum ingrata plerumque ſit, moleſta atque acerba; quid mirum, ſi Pontificiæ auctoritatis propugnatores technarumque artifices illam improbarunt, & tamquam malum auſpicium deteſtati ſunt? Enimuero *Pontifex R.* & *vniuerſa*

Italia

Italia pergrauiter immoderateque ferebant, quod eo res adducta iam tum fuerit, vt *Huttenus*, quocum *Orationis auctori* optime ea de re conuenit, ingenii ſui monimentis vere ſubſcribere potuerit: *Plaude, Lector, oculos iam recepit Germania.* Minus dubitandum cenſui (ll), quin

V 2 Hutte-

(ll) P. II p. 302, 303. *Cyr. Spangenberg. Dialogum* hunc nominatim *Hutteno* vindicauit, ſcribens in *Adels-Spiegel* P. II, p. 47, b. *Von dem Buchlein* Hutteni, *vnterm Titel* Iullus, *ſagte* D. Mart. Luther *alſo: Das geſpreeh von* Bapſt Iulio dem II *iſt ein fein luſtig gedichte, vnd gleich wohl wahr an ihm ſelbſt, vnd vvol vverth, das mans nicht laſſe vmbkommen, ſondern fleisſig für vnd für behalte vnd leſe. Denn es beſchreibt mit herrlichen prechtigen vvorten das Bapſthumb, ſonderlich am* Iulio, *vvelcher für andern ein gevvaltig VVunderthier iſt gevveſt*, & quæ ſequuntur. *celeb. Bælius* in *Dictionario*, vbi *Vitam Iulii II, P. R.* perſequitur, p. 1574 (N) oſtendit, fuiſſe, qui *ſanguinolentum* hoc *ſcriptum* (*ſanglante Piece*) *Fauſto Andrelino* attribuerint: quemadmodum & *Io. VVolfius*, qui *Lectionum memorabil.* T. II p. 21 *Dialogum* hunc *integrum* adiecerit, præſcripſerit *F. A. F. Poetæ Regii, Libellus de Obitu Iulii Secundi.* Idem *Bælius* ibidem ſcribit, ſe ex *Rivet Remarques ſur la Reponſe au Myſtere d' Iniquite II Part.* pag. 634 didiciſſe, *Satyram hanc Lutetiæ Pariſ. an. 1612 cum priuilegio Regis excuſam eſſe, in fine Actorum Concilii Piſani.* Quamuis *Eraſmus* ægre tulerat, ſe *Dialogi* huius *auctorem* credi, vt cit. p. 303 p)

mo (n-

Huttenus Dialogi, qui *Iulius* inſcriptus prodiit, *auctor* ſit: qui integer *T. II Paſquillorum* inſertus, dignusque ei, qui hos collegit, viſus eſt, cui *primus* in *altero* hoc *Tomo* (m) daretur *locus*. Editio etiam exſtat, qua inſignitus eſt (n): *De Iulio II Ligure P. M. Dialogus lepidus aeque, ac elegans, Viri cuiusdam eruditiſſimi non indoctis ſalibus nec indoctis facetiis reſperſus*: cui præmiſſa eſt *Precatio, ſeu Oratio pro eodem, non minus erudita, quam diſerta ad Chriſtum Opt. Max. cuiusdam quum bene docti, tum vere Chriſtiani, vt adparet, Theologi.* Quum Dialogus *Iulius* & *Precatio* ab *eodem auctore* profecta viſa mihi ſint ſcripta, & P. II ea coniunxi

monſtraui: tamen *Leo Iudæ* id firmiter credidit: vid. *Melch. Adami Vitæ Theologor. Germ.* p. m. 97. idem hic *Adamus* in *Vita Ioach. Curæi*, p. 167 *Vit. Germ. Med.* adfirmat, *Dialogum Iulium*, cuius *auctor Eraſmus* putaretur, a *Gregorio Curæo*, *Ioachimi Parente*, in *linguam Germanicam* eſſe conuerſum: foras vero etiam datum eum ſic eſſe, non addit. ***Argumentum Dialogi*** tradit ***Auctor Commentarior. Litterar.*** ſ. ***Memoires de Litterature*** **T. II, P. II, p. 220** ſequ. addens: ***Ceux qui entendent le Latin, ſe feront un plaiſir de le lire dans l'Original.***

(m) vtpote quo *ſoluta oratione conſcripta ingeniorum monimenta* continentur.

(n) ſubiiciuntur inſcriptioni hæc verba: ***Lege & adſpicies. Anno M. D. XXV.***

iunxi (o). Inſerta etiam eidem *Paſquillorum Tomo* ſunt *IV ſcripta*, quæ *Paſquillus Marranus Exſul* diuulgauit (p), vna cum *VII* iſtis *feſtiue candidis Dialogis* (q).

Huttenum ſub nomine *Conſtantii Eubuli, Mouentini*, qui *de virtute Clauium, & Bulla Condemnationis Leonis X contra Martinum Lutherum, Orationem ad inuictiſſimum Romanorum Imperatorem, & Hiſpaniarum Regem, Carolum, ac Principes Germaniæ* (r), ediderit, latere, *b. Schlegelius* in poſtremis ſuis, quas ad me dedit, litteris iudicauit: cuius *celeberrimi Viri* obitus omni litterato orbi eo acerbior etiamnum eſt, quo melius de hoc viuus eſt promeritus. qui fortiſſimi *Hutteni Manes* valde etiam ſibi deuinxiſſe mihi videtur: quandoquidem in memoria huius renouanda quam plurimum me adiuuare grauatus non eſt, rariſſima eius ingenii monimenta libenter mihi ſuppeditando: id quod paſſim in altera Parte publice iam

V 3 prædi-

(o) p. 303, 304.

(p) & quæ memoraui ead. P. p. 305, nam *V Epiſtolæ Marforii Ro. ad Germ. Principes Auguſtæ Cæſ. Comit. collectos*, eſt omiſſa.

(q) quos enarraui p. 306.

(r) ſubſcriptum eſt: *Cognoſce, Domine, viam iuſtorum, & impiorum viam deſtrue.*

prædicaui: quo nomine & poſt funera multum ei debeo. *Orationem* iſtam vt *Hutteno* vindicaret, non ſolum *acrimoniam ſtili*, quali vſus hic ſit, facere, ſed etiam, quod in *alio ſcripto* ſub *Eubuli Cordati* nomine latere is voluerit, ſcribebat ad me *celeberrimus Schlegelius*. Noui quidem, *Eubulum Cordatum*, qui *anno* cIↄ Iↄ *XIX*, *Kal. Iul. Romæ* ad *Monteſium ſuum Epiſtolam* (s) miſerit, *Huttenum a* plurimis putari (ſ). at eſſe

(s) quæ *prima* eſt inter *clarorum Virorum Epiſtolas ſingulares*, quæ, *Collectore Paulo Colomeſio*, prodierunt *Londini* an. 1687, cum reliquis huius *Operibus Hamburgi* an. 1709, 4 recuſæ, curante *Io. Alberto Fabricio*: quorum pag. 503 epiſtola illa reperitur.

(ſ) ipſe ſtatim *Epiſtolarum* iſtarum *Collector*, *P. Colomeſius*, Epiſtolam inſcripſit, *Eubulus Cordatus* (*ſ. Vlricus Huttenus*) *Monteſio ſuo*. *Colomeſium* ſecuta ſunt hac in re *Acta Eruditor. Lipſ. ed. an. 1687, p. 140.* hæc ſecutus deinceps eſt *Vincent. Placcius.* qui vero minus adcurate in *Libro de Scriptoribus pſeudonymis detectis*, p. 260 *n.* 965, *edit. Hamburg.* an. 1708, fol. ſcripſit, *quasdam Eubuli Cordati nomine ſcriptas epiſtolas inſertas eſſe a P. Colomeſio Epiſtolis Clementis*: nam plures primum, quam *vna*, non ſunt, deinde non *inſertæ* his ſunt iſtæ *claror. Viror. Epiſtolæ*, ſed, vt & *Acta Eruditor.* notant, *claudunt* hæ *Volumen*, quo *S. Clementis Epiſtolæ duæ ad Corinthios* conti-

eſſe omnino, quod ego dubitem, vtrum *Huttenus Epiſtolam* hanc ſcripſerit, in *Scriptorum, quæ Huttenus celato ficto've nomine divulgaſſe, exiſtimatur, Indice*, P. II adiecto, oſtendi, monſtrans (ſſ), *Huttenum non in Italia tum commoratum eſſe, quum epiſtola iſta ſit exarata, caſtra Sueuiæ fœderatorum contra Vlricum Wirtenb. D. ſecutum.* Quum autem *Crotus Rubianus* cIɔ Iɔ XIX in *Italia* moratus ſit, cuius *epiſtola, Bononiæ eodem anno XVI Kal. Nou. ad D. Lutherum ſcripta*, exſtat (ſt): ipſum hunc *Crotum Rubianum* ſub *Eubuli Cordati perſona* latere, opinor; qui *Huttenum* noſtrum *Monteſium* forſitan finxerit, quum *Steckelberga* fuerit oriun-

 dus.

continentur. *quibus* videlicet, vt in ipſo Voluminis titulo indicatur, *ſubnexæ ſunt epiſtolæ aliquot ſingulares, vel nunc primum editæ, vel non ita facile obviæ. Colomeſium* ſecutus ſine dubio eſt *Anton. Teisſier dans les Eloges des Hommes Savans tirez de l'Hiſtoire de M. de Thou*, T. I p. 207 *ed. Leid.* an. 1715.

(ſſ) X 3 (f) vbi ſimul faſſus ſum, *dubitare me, an Huttenus Vdalrici, Epiſcopi Auguſtani, Epiſtolæ ad Nicolaum Papam, aduerſus cœlibatum Sacerdotum auctor ſit*, vt in eod. *Vinc. Placcii de Pſeudonymis Libro* p. 602, n. 2778, perhibetur.

(ſt) vid. *celeb. Olearii notæ ad Anonymi Epiſtolam ad Io. Crotum Rub.* n. (a) p. 24.

dus. Atque ita *de Virtute Clauium & Bulla Condemnationis Leonis X Oratio* eidem *Croto Rubiano* facilius mea ſententia poſſet vindicari; præſertim quum *Bulla* hæc ab *Hutteno* aliis ſcriptis ſit ſugillata (t). quin de reliquo *Oratio* iſta *anno cIↄ Iↄ xx edita ſit*, non dubito: quo *Crotus*, ex *Italia* reuerſus, *Academiæ Erfurtenſis Rectoris* fungebatur munere (tt). qui, quum in *Italia* fuerat, *Eubulus Cordatus*, in *Germania Conſtantius Eubulus* videri fortaſſe voluit.

Vtrum *Huttenus* Germanicorum ſcriptorum, *Karſthans* & *Neukarſthans* inſignitorum (u), auctor ſit, minus dubitandum, arbitror: id quod vel inſignis hic excerptus ex poſteriori locus liquido ſatis

(t) conf. P. II p. 140 ſeqq. 160 ſeqq.

(tt) quod *Bartholomaeus Læneiſen, Cuprimontanus Variſcus*, in *Serie Academiæ Erfurt. Rectorum* E 2 b confirmat, notans, *an. cIↄ Iↄxx priorem Rectorem*, & quidem *CCLIV*, fuiſſe *Ludouicum Platz de Melſungen, S. Theol. Licent. poſteriorem, CCLV, M. Ioannem Crotum Rubianum, S. litterarum Profeſſ. d. Lucæ E. ſub quo Rectore Ioachimus Camerarius* (vulgo *Kammermeiſter*) *Pabeperg. totius Germaniæ vna cum Phil Melanchthone communis Præceptor gradum Magiſterii adſumpſerit.*

(u) de quibus egi P. II p. 307.

tis poterit declarare. K (v). *Ich hoff ir werdet ſelbs im ſpil ſein, vnd iſt mein vnd meins gleychen veſte zuuerſicht vnd vertrauwen, ir werdet noch als ein hauptmann, ire* bœſe ſtuck *helffen ſtraffen.* F. *Das weiſs ich nitt, ich hab es noch biſs hær vnſerm herrn gott beuolhen, wiewol ich vil übels durch ſie geübt werden ſich.* K. *Man weiſs nit anders, dann ir werdt ob* doctor Luthern *ſtæt vnd veſt halten, habt auch darumb* den Hutten *bey eüch, daſs ir in vor vergwaltigung des bapſtes vnd der geiſtlichen, ſo vil in eüch ſchützen wœlt: laſſent in auch derhalben in eüwerm hauſs, wider den bapſt vnd genante geiſtlichen, was er will, ſchreyben.* F. *Karſthans in dem will ich dir nichts bergen, alles, was ich noch von* doctor Luthers ſchrifften *geleſen, mag ich bey meiner ſelen ſeligkeit ſagen, daſs ich das anders nit, dann* chriſtlich vnd wol geſchriben *erkenne. Solt im nun vmb der gœtlichen warheit vnd gerechtigkeit willen, gewalt vnd vnrecht widerfaren, fürwar es mæcht mir nitt lieb ſein. Wo ich auch von mir ſelbs, oder gefordert darzu kæm, ich würd im gar vngern ab-*

 ſteen,

(v) colloquuntur enim *Karſthans* & *Franciſcus de Sickingen.* VII plagulis conſtat Libellus in 4: qui anno CIↃ IↃ XXII editus videtur.

ſteen, dann mich weyſt gotes vnd brüderlich lieb, der vvar chriſten glaub, vnd mein eygen gevviſſen dahin, daſs ich in vnd ſeins gleychen in ſollichem fall mit hilff vnd rat nit verlaſſe. Des Huttens *halber hat es diſe geſtalt, den halt ich bey mir als meinen guten freünd, vnd der in ſeinen nœten zuflucht bey mir, als einen zu dem er ſich leybs vnd guts verſicht, geſucht hat: von dem ich auch anders nit vveiſs, dann daſs er noch biſs her die* luter warheit *geſchriben hab, vnd das ſelbig* nit vſs bœſer vrſach, *ſunder* nachdem er das Rœmiſch vnd der geiſtlichen regiment vnd ergerlich leben gruntlich erfaren, vnd das aller eer vnd redlicheit entgegen erkennt, hat er ſich ſchuldig geacht, dasſelbig mit ſchrifften, vnd vermanungen anzuzeigen, auch wo im müglich ſein würd, mit der that zu widerfechten. *Sollich fürnemen kan ich nit vnbillichen, vvürd in auch, ſo lang er bey mir iſt, nit vergvvaltigen laſſen. Fürvvar ſucht er ye nit ſein eygen nütz darinnen, dann ich vveiſs, vvas er diſes handels ſchaden hat, vnd vvas im nutzes vviderfaren mœcht, vvo er dauon abſteen vvælt.* K. *Anders hab ich auch nit gehœrt, vnd dunckt mich von eüch billich vnd recht ſein: Jr vverdt auch*

derhal-

derhalben mer, dann vmb kein eüvver thaten gelobt: dann der pfaffen weſen *hat als gar kein form noch geſtalt.* - - - F. *Vnſer allergnedigſter herr*, Keiſer Karlin, *ſol anheben die jhenen falſchen geiſtlichen, die vns ſo lang verfürt, vmb ire übelthat zu ſtraffen, vnd dem vvællen vvir all darzu dienen.* K. *Ach iuncker ich hab ſorg, er vverd es nit thun: dann er iſt* gut Bæpſtiſch: *hat derhalben* doctor Luthers bücher *verbrennen laſſen, vnd mit grymmigen ſcharpffen mandaten in die acht gethon, verfolget auch* den Hutten, *als ich hœre.* F. *Lieber das laſs dich nit irren, vvas geſchehen, iſt villeycht nit in bœſer meynung geſchehen: ſo hat er* Hutten *yetzund zu diener vffgenommen* (x), *vnd hoff gantz, er vverd nitt lang Bæpſtiſch ſein: es ſchickt ſich vvol darzu.* K. *Wann das gott vvælt, ſo mœcht den dingen geraten vverden.*

Exſtat quoque *Ain ſchoner Dialogus von* Martin Luther *vnd der geſchickten* Pottſchafft aus der helle *die* falſche gayſtligkayt *vnd das* wortt gots *belangen. gantz hübſch zu leſen.* Soluta oratione conſcriptus *Dialogus* hic anno, quo *Huttenus* obiit,

(x) conf. P. II p. 240 (l).

iit, editus eſt (y). cuius præfationi, quæ ligata confecta eſt oratione, licet hæc ſubiecta ſint verba: *Friſch vnuerzagt hab ichs gevvagt*: Hutteno tamen adſcribendus mihi non videtur. vtrumque enim dicendi genus, ſolutum puto ligatumque, diverſum plane eſt ab illo, quo *Huttenus* vſus eſt. cuius etiam nulla prorſus iniicitur in eo mentio.

Facere non poſſum, quin & de alio, eoque *ludicro* prorſus, *Verſibus Germ. conſcripto*, *Libello*, cuius euoluendi *max. reverendus Olearius*, pro ſæpius iam laudata ſua commodandi aliis voluntate, copiam mihi fecit, qui & memorati modo Dialogi notitiam mihi aperuit, quædam addam. Titulus eius hic eſt. *Kægel ſpil gepractiziert auſs dem yeczigen zvvytracht des glaubens zu eym tail ain geſelletz, Alle ſo dann* Martino Luther *annhangent. zum tail die dann dem rechten alten vveeg des Euangeliums nach jrem vermügnn nachuolgent, mit ſampt andren ſo hye dyſem ſpil zu lugen hyerinn vergriffen genennt vverdent. Die* kugel *iſt die* hailig Geſchrifft. *das* zyl *iſt der* glaub. *der* platz

(y) an. nempe cIↃIↃXXIII; III plagulis in 4 conſtans.

platz *des* Jamertal, kegel *ſeind die* armen einfeltigen leyen, *die* abentheyer *iſt das* ewig leben, *die* dreyer *ſeind die* hailgen lerer, *der* Paulus, IIII Euangel. *vn. die* XII Poten: *Jm Jar M D XXII* (z). *Effigies*, quæ in prima Libelli pagina, ſiue in fronte eius, adparet, repræſentat *b. Lutherum*, in habitu, quo *Monachus* vſus fuerat: in manibus *globum*, cui verba hæc inſcripta leguntur, *hailig gſchrifft*, tenentem: ad cuius, ſi in ipſam aream, ſiue ſphæriſterium, proſpicit, ſiniſtram *Huttenus loricatus*, *Eraſmus Roter.* nominatim, aliique adſtant; ad dexteram *Pontifex*, & *Curtiſani.* in ipſis cancellis *tres* comparent *homunciones, conos in manibus tenentes.* Poſt præfationem, loquentes introducuntur: *Martinus Luther, aller Kegler mutter, der Hutt:* qui ita loquitur:

Tag vnnd nacht vvill ich mich beſynnen
Wie ich die kugel vvell dabinnen
Schyeben krümb über die letze band
ich vvirff ſy durch alle land
Teütſch vnnd vvelſch dem bapt zu laid
die kugel laufft heer auff vveytter baid

Jnn

(z) II plagulis in 4 comprehenditur.

Jnn dem lufft gleich vvie der ſtaub
auff den Huſſen ſetz ich den beſten glaub.

Loquentes porro inducuntur: *Eraſmus Roterodam, Philippus Melanthon, Maiſter Levv, Maiſter Cunrat ain Kraitzberr, Maiſter Baſtian, die Jungen nachbetſcher, Maiſter Vlrich Zvvingly.* Spectatores ludi finguntur, *Bapſt, Kayſerlich Mayeſtatt, Byſchoff, Gemain Eydgenoſſen* &c.

Honorifica admodum mentio Hutteni noſtri fit in Libello, qui inſcriptus prodiit: *Wer hœren will, vver die gantzen Welt arm gemacht hat, der mag leſen dieſes Biechlin: die vns ſolten reich machen an der ſeel, die haben vns arm gemacht an gut, vnd Gott vvaiſt, vvie es den ſeelen gangen iſt. vnd das iſt das* ander Biechlin, *das* von dem Adel *ausgeet, vnd haiſt* die weyſs Gilgen *die Gott gepflantzet hat* (a). Extremo ferme Libello hæc leguntur verba: *Gemacht zum* lob dem frummen Luther, *der vns vveyſt den tag, vnd* dem Ritterlichen Forfechter des Luthers, den man nent Herr Vlrich von Hutten, ain frummer vnd ain gerechter Edelman, *der kempffen vnd fechten vvill von der vvarheit vvegen Chriſti.* De

(a) Il conſtat plagulis in 4. *Vivo adhuc Hutteno prodiiſſe Libellum*, ex iſto elogio eius facile liquet.

De *binis* denique iſtis *Hutteni ſcriptis poſtumis*, de quibus P. II egi(b), nihil habeo, quod addam, niſi quod *vna alterave Arminii Dialogi*, præter quatuor huius editiones, quas indicaui (c), innotuerit mihi *editio*. (d): Ipſum hunc *Dialogum* poſteros *Mauritio Hutteno*, *Epiſcopo Eychſtettenſi* (e), debere, ſimul oſtendi: vnde conieceram, *Epiſcopum* hunc *Vlrici*, *Cognati* ſui, *Bibliothecam* adquiſiuiſſe, *Locero Medico* pecunia, qua ex præda hic illam redemerat, repenſa. Id eueniſſe omnino, *complures Vlrici Hutteni manu notati Libri*, qui hodieque in *Eychſtettenſi* cuſtodiuntur *Bibliotheca*, teſtantur. Id quod *illuſtris & generoſiſſimus Vir*, *Chriſtoph. Iacobus Im Hof*, non ita pridem ſignificauit mihi: qui & in tertia hac Parte conficienda pro inſigni ſua in bonas litteras beneuolentia, opem mihi ferre perſeuerauit.

(b) p. 316, ſeqq. (c) p. 318 (ll).

(d) prius, quam *VVittebergæ an. 1557*, vt citata modo not. (ll) indicaui, editus eſt, prodierat iam ibi *an. 1538*, *ap. Ioſeph. Clug*; præmiſſus *P. Cornelii Taciti de Morib. Germ. Lib.* Poſtremo an. 1718 acceſſit is denuo *Io. Henr. Hagelgans de Priſca Germanor. Aetate Diſſertationi*: vtpote quæ *Io. Mich. Dilberri de Hiſtoria Priſcæ Germaniæ Commentationi poſtumæ*, *Lipſiæ* excuſæ in 8, adiuncta eſt.

(e) de quo vid. ſupra p. 17, ſeqq.

rauit. Quum *duo* tantum *diſticha* ex *elegantiſſimo Eob. Heſſi Carmine*, quo *Hutteni Arminium* laudauit, protulerim P. II (f); *integrum* illud Coronidis inſtar huc adponam; præſertim quum duabus recentiſſimis eius editionibus additum non ſit.

In Hutteni Arminium Eob. Heſſus.

Tot ſua ſtat populis geſtarum gloria rerum
Salua, ſuum tot adhuc ſecula nomen habent.
Audet adhuc veteres reminiſci Roma *triumphos,*
Et mortis quadam viuere parte ſua.
Qua nequit ipſa ſuas oſtendere Troia *ruinas,*
Mæonio clarum carmine nomen habet.
Inuida non totas merſerunt funera Thebas:
Viuit adhuc Spartæ *non moriturus honor.*
Nondum Palladiæ *prorſus cecidiſtis* Athenæ:
Quicquid & eximiæ Græcia *laudis habet.*
Integra floret adhuc Pellææ *gloria gentis:*
Perſarum *nomen fama ſuperſtes habet.*
Innumeræ gentes aliæ ſua nomina ſeruant:
Quasque ſuperuacuum, quasque referre mora eſt.

Vna

(f) p. 319.

Vna ſua merito fraudata eſt laudis honore
Semper, & incelebris Teutonis ora *fuit.*
Cur ita? quæ nobis res hunc inuidit honorem?
Fida alibi, cur hic fama maligna fuit?
An, quia non rebus clari, non Marte potentes?
An. quia, nos victos ſæpe fuiſſe, pudet?
Non ita: nam rebus nec clarior vlla per orbem
Gens fuit, aut vllo tempore victa minus.
Cur igitur? quia, non rebus, ſed nomina rebus,
Quæ facerent ſcriptis, nos caruiſſe, liquet.
Præcipue quum floreret Germanica virtus,
Et nondum hic noſtras luxus haberet opes.
Tunc memoranda aliis noſtri geſſere parentes:
Tunc rerum virtus vnica cauſſa fuit:
Tunc, quia ſcriptorum nos defecere labores,
Gloria Lethæas noſtra ſubiuit aquas.
Nondum tota tamen, quoniam, licet inuida, noſtrum
Non potuit totum fama tacere decus.
Et ſparſim Romana ſuis ea littera rebus
Inſeruit, quæ nunc pauca, ſed apta vides.
Atque ea, ſi quæras, quæ ſint, & qualia, debes
Hutteni, patriæ vindicis, *eſſe memor.*
Is quæſita ſuis patriæ monimenta libellis
Edidit, & lucem iuſſit habere nouam.
Nam quia ſparſa, aliis incognita, quæque latebant,
Qui legeret rarus, quique teneret, erat.

Ille ſuas Patriæ laudes, atque eruta paſſim
Nomina digna legi, fecit vbique legi.
E quibus vnus hic eſt, quem condidit ipſe, Libellus;
Sed non auſpiciis edidit ipſe ſuis.
Namque immatura præreptus morte, reliquit;
Hunc quoque ceu partem funeris eſſe ſui.
In quo ſi qua leges, non qualia forte requiras,
Parte bona veniam, quo mereatur, habet.
Condidit Huttenus, *non edidit; ergo futurum,*
Quod fuerat, melius comice, quicquid erat.
Hanc tibi Mauritius, *gentili* Huttenus *honori*
Fidus, ab æternis noctibus adſeruit.
Hic ferus Arminius, *patriis qui victor in armis*
Adflixit vires, Martia Roma, tuas.
Qui niſi adhuc iuuenis periiſſet fraude ſuorum,
Tu dominus Tiberis, Rhene, futurus eras.
Hunc quod habes, patriæ Lector ſtudioſe, Libellum,
Hutteno *debes munera prima tuo.*
Altera Mauritio, Ioachimo *tertia* (ff), nobis
Quarta, aliquis nobis ſi locus eſſe poteſt.

EPISTO-

(ff) conf. P. II p. 319. (n).

EPISTOLARVM,
QVAE AB VLR. DE HVTTEN *ET DIGNITATE ET ERVDITIONE ILLVSTRIBVS VIRIS INSCRIPTAE* TERTIAE HVIC COMMENTARII PARTI INTEGRAE INSERTAE SVNT,

ENVMERATIO.

Conrado Peutingero, Patricio Auguſtano, Moguntiæ, VIII Calen. Iunii cIↃ IↃ xviii: qua ei *Orationem ad Principes Germaniæ, vt bellum Turcis inferant,* dedicauit. pag. 84

Reuerendiſſ. ac illuſtriſſ. Principi Alberto Brandenburg. Cardinali, Archiepiſcopo Mogunt. & Magdeburg. Principi Electori, atque Primati, qua huic *T. Liuium, ex antiquo Aedis S. Martini, in vrbe Moguntia, codice auctiorem editum,* anno cIↃ IↃ xix nuncupauit Moguntiæ. 107

Eidem Principi Electori Alberto, qua ipſi *ſuum de Guaiaci Medicina & Morbo Gallico Librum* eodem anno eodemque loco inſcripſit. 113

Franciſco de Sickingen (a), *Dialogo ſuo*, qui *Febris* inſcriptus & in *Germanicam linguam* conuerſus eſt, præfixa, Calendis Martiis eiusd. anni, *Germanica* itidem *lingua* conſcripta. 156

Eraſmo Roterod. Moguntiæ Nonis Iunii; quæ deinceps ipſius *Eraſmi Rationi* ſ. *Methodo, compendio perueniendi ad verum Theologiam* acceſſit. 165

Eduardo Leo, Anglo, XIII Calend. Iunii clↄ Iↄ xx Moguntiæ: quæ *Epiſtolis aliquot eruditorum Virorum*, *ex quibus perſpicuum, quanta ſit Eduardi Lei virulentia*, adiecta eſt. 268

Georgio Spalatino, ex Ebernburgo XVII Calend. Febr. cIↄIↄxxi. quam *Io. Chriſtfried. Sagittarius* primus edidit, *T. I Altenburg. Scriptor. Lutheri* inſertam. 200

CARMINVM
QVAE IN VLRICHI HVTTENI OPERIBVS POETICIS,

CON-

(a) cuius *fortiſſimi Herois Edictum*, *in cauſſa Ioannis Reuchlini an.* clↄ Iↄ *xix* Germanice conſcriptum publicatumque, integrum profertur p. 158, ſeqq.

CONIVNCTIM EDITIS (b), FRVSTRA QVAERVNTVR,

INTEGRA VERO PARTI HVIC III INSERTA SVNT (c),

INDEX.

Ad Publii Vigilantii Bacillarii, Axungiæ, Franckophordianæ Vrbis ad Oderam, & Gymnaſii litterarii Introductionis, Cerimoniarumque obſeruatarum Deſcriptionis Lectorem Epigramma, duodeuiceſimo ætatis anno ab Hutteno confectum. 25

Nemo prior, a *poſteriori* diuerſus, Carmen iocoſum. 39

Epigramma ad *Fabium Zonarium, ſtudioſiſſimum Adoleſcentem.* 43

Iulii II Lig. Pont. Max. Epitaphium. 45

Ad Germanos ſuos Exhortatorium, ipſius *ad*

(b) an. 1538, 8. vid. p. 44.

(c) ex *Operibus Poeticis de Imperatoris Maximiliani I Magnitudine ad Germaniam*, & ad eumdem hunc *Imperatorem Maximilianum de Germaniæ Statu*, deſumpta Epigrammata *Clariſſimorum Virorum de Vlr. Hutteni Virtute, eruditione & meritis Iudiciis atque Teſtimoniis* ſubiecta ſunt pag. XLIV. XLVI.

Principes Germaniæ, vt bellum Turcis inuehant, Exhortatoriæ ſubiectum. 91
Verſus *Numiſmati, in memoriam reconciliationis Maximiliani Imp. gratia & Franciſci de Sickingen an. cIↄ Iↄ xviii fuſo,* inſcriptus. 261
Ad Chriſtophorum Hacum, Moguntiæ eod. anno ſcriptum. 105
Ad Eob. Heſſ, vt Chriſtianæ Veritatis cauſſam, & Lutheri iniuriam, armis contra Romaniſtas proſequatur Exhortatorium (d), Reſponſorium Carmen. 191

HVTTENICORVM SCRIPTORVM, CIRCA QVAE IN III HAC PARTE QVAEDAM INSVPER NOTANTVR, ELENCHVS.

Querelarum aduerſus vtrumque Loſſium Lib. II. pag. 29, 287
Ars verſificandi, heroico Carmine conſcripta. 29
Nemo prior. 36
Epigrammata, aliaque *Poetica Opera* collecta. 44

Vir

(d) quod integrum *Hutteni Reſponſorio Carmini* eſt præmiſſum, p. 186.

Vir bonus, Carmen emunctiſſimum. 49
Panegyricus in Exceptionem Moguntinam Alberti, Moguntinenſis & Magdeburgenſis, Eccleſiarum Archiepiſcopi, heroico Carmine confectus. 50
Obſcurorum Virorum Epiſtolarum Lib. II an *Vlr. Huttenus* auctor ſit, denuo inquiritur. 54-68
Ex deuictis Obſcuris Viris, id eſt, Theologiſtis Colonienſibus & Fratribus de Ordine Prædicatorum, triumphanti Reuchlino Encomium ſcriptum, & ſub *Eleutherii Bizeni* nomine editum. 71
Ad Cardinalem Hadrianum, Virum doctiſſimum, & Germanorum in vrbe Patronum, pro Capnione Interceſſio. 72
Laurentii Vallæ Libellus contra effictam, & ementitam Conſtantini Donationem, cum præfatione *Hutteni Leoni X, P. M.* inſcripta. 81
Ad Principes Germaniæ, vt bellum Turcis inuehant, Exhortatoria. 83, 87
Nemo reuiuiſcens. 94
Aula Dialogus. 95
Ad Bilib. Pirckheymer, Patricium Norimbergenſem, Epiſtola, Hutteni Vitæ rationem exponens. 103

Febris Dialogus. ibidem, & 175
Idem *Dialogus*, in Germanicam linguam translatus. 155
T. Liuius, ex antiquo Aedis S. Martini, in vrbe Moguntia, codice auctior editus,& *Alberto Archiepiſcopo Mog.* ab *Hutteno* dedicatus. 105
De Guaiaci Medicina, & Morbo Gallico Liber, eidem *Alberto Principi* inſcriptus. 113
Idem *Liber*, in Germanicum ſermonem conuerſus, interprete *Thoma Murner.* 130
Super Interfectione Propinqui ſui, Ioannis Hutteni Equ. Deploratio. Ad Ludouicum Huttenum ſuper interemptione Filii Conſolatoria. In Vlrichum Wirtenb. D. Orationes V. & alia de cæde hac *Hutteni* Scripta. 53, 176
Fortuna Dialogus, } 177
Trias Romana ſ. *Vadiſcus*, Dialogus, } 177
Febris I & *II* Dialogi, } 177
Inſpicientes Dialogus, } 177
De Vnitate Eccleſia conſeruanda, & Schiſmate, quod fuit inter Henricum IV Imp. & Gregorium VII, Pont. Max. cuiusdam eius temporis Theologi, ab *Vlr. Hutteno* inventus. 181
Libellus, *in quo continentur Hutteni ad Carolum*

lum

lum Imp. ad Principes ac Viros Germ. ad Albertum Mog. & Fridericum Sax. El. & alios aduerſus intentatam ſibi a Romaniſtis vim & iniuriam Conqueſtiones. 182

Ad Hel. Eob. Heſſi, vt Chriſtianæ Veritatis cauſam, & Lutheri iniuriam, armis contra Romaniſtas proſequatur, Exhortatorium, Reſponſorium Carmen. 191

Anzoig, wie allwegen ſich die Rœmiſchen Biſchœff, oder Bæbſt, gegen den Teutſchen Kayſſeren gehalten haben. 199

Inuectiua III & Epiſtola IV in b. Lutheri cauſſa edita. 199

Clag vnd Vormannung gegen den übermasſigen vnchriſtlichen Gewalt des Babſts zu Rom, vnd der vngeiſtlichen Geiſtlichen. 202

Iterum hoc Scriptum prodiit, inſignitum: *Lebendige Abcontrafactur des gantzen Pabſthumbs ſampt einer trœſtlichen ermanung an die freyen ſtarcken Helden deutſcher Nation, daſs ſie doch einmahl das Vaterland von dieſem hœlliſchen Hund gar erretten. Kurtzweilich vnd trœſtlich zu leſen. Manes Hutteni.* 202

Tertium idem Scriptum prodiit, inſignitum: *Auffwecker der Teutſchen Nation, an alle hohe vnd niedere Stande des heyligen Reichs ſampt eygentlicher, wahren Beſchreibung, vnd gleichſam natürlichen*

Contrafeyt des Rœmiſchen Bæpſtlichen Hoffweſens. 204
Enndtſchüldigung wyder etlicher vnwarhafftiger auſsgeben von ym, als ſolt er wider alle Geyſtlichkeit vnd Prieſterſchafft ſein; mit erklærung etlicher ſeiner geſchrifften. Integrum hoc Scriptum inſertum eſt 206-260
Cum Eraſmo Roterodamo, Presbytero, Theologo, Expoſtulatio. 273
Arminius, Dialogus, Scriptum poſtumum (e). 319

SCRIPTORVM,
QVAE VLR. DE HVTTEN
CELATO FICTOVE NOMINE
DIVVLGASSE EXISTIMATVR,
ET DE QVIBVS PAVCA IN PARTE HAC III
ADNOTANTVR,

I N D E X.

Oratio, qua diſſuadetur, ne Principes in Decimæ præſtationem, quam Legati Leonis X, P. coram Maximiliano in Principum conventu

(e) *Eob. Heſſi* integrum *Carmen*, quo *Dialogus* hic laudatur, profertur p. 320, ſeqq.

ventu ad expeditionem contra Turcos petebant, conſentiant. 303

De Iulio II, Ligure, P.M. Dialogus lepidus æque, ac elegans, Viri cuiusdam eruditisſimi, non indoctis ſalibus nec indoctis facetiis reſperſus. 308

Precatio, ſeu Oratio pro eodem Iulio, P. M. non minus erudita, quam diſerta ad Chriſtum opt. max. cuiusdam quum bene docti, tum vere Chriſtiani, vt adparet, Theologi. ibidem.

Paſquilli Marrani Exſulis varia Scripta. 309

S. Abydeni Coralli, Germani, Dialogi VII, feſtiue candidi. ibid.

Conſtantii Eubuli, Mouentini, de Virtute Clavium, & Bulla Condemnationis Leonis X P. contra Martinum Lutherum, Oratio ad inuictisſimum Romanorum Imperatorem, & Hiſpaniarum Regem, Carolum, ac Principes Germaniæ. 309

Eubuli Cordati ad Monteſium ſuum Epiſtola. 310

Hutteni Vdalrici, Epiſcopi Auguſtani, Epiſtola ad Nicolaum Papam, aduerſus Cælibatum Sacerdotum. 311, not.

Neukarſthans. 312

Ain ſchoner Dialogus von Martin Luther vnd

der geſchickten Pottſchafft aus der helle die falſche gayſtligkayt vnd das wort gots belangen. gantz hübſch zu leſen. 315

*** *** ***

SCRIPTA, IN QVIBVS VLRICHI HVTTENI SINGVLARIS MENTIO FIT, IN PARTE HAC COMMEMORATA.

Das ander Biechlin, das von dem Adel ausgeet, vnd haiſt die vveyſs Gilgen die Gott gepflantzet hat. 318

Kœgel ſpil gepractiziert auſs dem yeczigen zvvytracht des Glaubens &c. 316

Ain Tragedie, oder Spill, gehalten in dem kuniglichen Sal zu Paris. cIↄ Iↄ xxııı. 296, 298

Eruditiſſimorum Sæculi XVI & XVII Virorum *Lugubria Carmina*, quibus *Hutteni obitum* proſecuti ſunt, integra proferuntur 279-291

F I N I S.